This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/


1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

888
P6m
W99

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΤΟΥ ΧΑΙΡΩΝΕΩΣ

ΤΑ ΗΘΙΚΑ.

PLUTARCHI

CHÆRONENSIS

MORALIA,

ID EST

OPERA, EXCEPTIS VITIS, RELIQUA.

GRÆCA EMENDAVIT,
NOTATIONEM EMENDATIONUM, ET LATINAM XYLANDRI
INTERPRETATIONEM CASTIGATAM, SUBJUNXIT,
ANIMADVERSIONES EXPLICANDIS REBUS AC VERBIS, ITEM
INDICES COPIOSOS, ADJECIT,

DANIEL WYTTENBACH,

HIST. ELOQ. LITT. GR. ET LAT.
IN ILLUSTRI ATHEN. AMSTELOD. PROFESSOR.

TOMI III. PARS II.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.

M DCC XCVII.

MU

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΣΥΜΠΟΣΙΑΚΩΝ ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ Β.

299288

ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

α′. Τίνα ἐστὶν, ἃ Ξενοφῶν παρὰ πότον ἥδιον ἐρωτᾶσθαί φησι καὶ σκώπτεσθαι, ἢ μή.

β′. Διὰ τί βρωτικώτεροι γίνονται περὶ τὸ μετόπωρον.

γ′. Πότερον ὄρνις πρότερον ἢ τὸ ὠὸν ἐγένετο.

δ′. Εἰ πρεσβύτατον ἡ πάλη τῶν ἀγωνισμάτων.

ε′. Διὰ τί τῶν ἀθλημάτων Ὅμηρος πρῶτον ἀεὶ τάττει τὴν πυγμὴν, δεύτερον δὲ τὴν πάλην, τελευταῖον δὲ τὸν δρόμον.

ς′. Διὰ τί πεύκη καὶ πίτυς καὶ τὰ ὅμοια τούτοις οὐκ ἐνοφθαλμιάζει.

ζ′. Περὶ τῆς ἐχενηΐδος.

η′. Διὰ τί τοὺς λυκοσπάδας ἵππους θυμοειδεῖς εἶναι λέγεται.

θ′. Διὰ τί τὰ λυκόβρωτα τῶν προβάτων τὸ κρέας μὲν γλυκύτερον, τὸ δὲ ἔριον φθειροποιὸν ἴσχει.

ι′. Πότερον οἱ παλαιοὶ βέλτιον ἐποίουν πρὸς μερίδας, ἢ οἱ νῦν ἐκ κοινοῦ δειπνοῦντες.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΣΥΜΠΟΣΙΑΚΩΝ ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

PLUTARCHI

CONVIVALIUM DISPUTATIONUM

LIBER SECUNDUS.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

c ΤΩΝ εἰς τὰ δεῖπνα καὶ τὰ συμπόσια παρασκευαζομένων, ὦ Σόσσιε Σενεκίων, τὰ μὲν ἀναγκαίαν ἔχει τάξιν, ὥσπερ οἶνος καὶ σιτία καὶ ὄψα, καὶ στρωμναὶ δηλαδὴ καὶ τράπεζαι· τὰ δ' ἐπεισόδια γέγονεν ἡδονῆς ἕνε-

C. 4. ἡδονῆς—συναγομένης] Aſſentior Reiſkio corrigenti: ἡδονῆς ἕνεκεν, μὴ χρείας, συναγόμενα.

PROŒMIUM.

EORUM quæ ad cœnas et convivia apparantur, Soſſi Senecio, quædam neceſſarium habent ordinem, ut vinum, cibi, opſonia, ac ſtragulæ nimirum veſtes et menſæ: alia voluptatis gratia ſunt introducta, uſu nullo, ut au-

κεν, χρείας μὴ συναγομένης, ὥσπερ ἀκροάματα καὶ θεάματα, καὶ γελωτοποιός τις ἐκ Καλλίου Φίλιππος· οἷς παροῦσι μὲν ἥδονται, μὴ παρόντα δὲ οὐ πάνυ ποθοῦσιν οὐδ' αἰτιῶνται τὴν συνουσίαν ὡς ἐνδεέστερον ἔχουσαν. Οὕτω δὴ καὶ τῶν λόγων τοὺς μὲν ἐπὶ χρείᾳ τῇ περὶ τὰ συμπόσια D
περιλαμβάνουσιν οἱ μέτριοι, τοὺς δὲ ἄλλους δέχονται θεωρίαν πιθανὴν, καὶ τῷ καιρῷ μᾶλλον αὐλοῦ καὶ βαρβίτου πρέπουσαν, ἔχοντας. Ὧν καὶ τὸ πρῶτον ἡμῖν βιβλίον εἶχε μεμιγμένα δείγματα· τοῦ μὲν προτέρου γένους τὸ περὶ τοῦ φιλοσοφεῖν παρὰ πότον, καὶ περὶ τοῦ διανέμειν αὐτὸν, ἢ τοῖς δειπνοῦσιν ἐφιέναι, τὰς κλίσεις· τὰ τοιαῦτα τοῦ δευτέρου περὶ τοῦ τοὺς ἐρῶντας ποιητικοὺς εἶναι, καὶ περὶ τῆς Αἰαντίδος φυλῆς· καλῶ δῆτα καὶ αὐτὸς τὰ συμπο-

C. 6. ἐκ Καλλίου] Sanum puto et exquiſite dictum, pro ἐν Καλλίου, quod Reiſkius cum Salmaſio vult, et habent E. H.

D. 2. περιλαμβάνουσιν] Legendum παραλαμβάνουσιν, ut Mez. et Reiſk.

D. 7. κλίσεις—δευτέρου] Hæc Stephani eſt lectio a Turnebo. Omnes libri, κλίσεις * αὖτα τοῦ δευτέρου. Puto corrigendum, κλίσεις· τὰ δ' αὖ τοῦ δευτέρου.

D. 9. φυλῆς—συμποσιακά] Item Stephani hoc a Turnebo profectum. Omnes libri, φυλῆς * καλῶ δῆτα καὶ * τὰ συμποτικὰ τάδ' * τερα κοινῶς συμποσιακά. Unde ita corrigo, τὰ μὲν πρῶτα καλῶ δῆτα καὶ αὐτὸς συμποτικά· τὰ δὲ δεύτερα κοινῶς συμποσιακά.

ditiones, ſpectacula, ſcurra ut in Calliæ convivio Philippus: quibus ut præſentibus delectantur convivæ, ita abſentibus citra moleſtiam carent, neque convivium eo nomine tanquam minus perfectum culpant. Ita etiam ſermonum alii a moderatis hominibus ad uſum conviviorum adhibentur, alios admittunt conſiderationem probabilem habentes et loco magis quam fiſtula aut barbitum convenientes. Quorum exempla admixta etiam præcedens liber habet: prioris generis, An philoſophandum ſit inter pocula, An loca adſignare convivis rex, aut accumbere ſuo unumquemque arbitratu ſinere debeat: poſterioris, Cur amatores ad poëticam ſint proclives, De tribu Æantide. Horum ego illa voco *convivatoria*, (id eſt ad convivium per-

τικά· τὰ δ᾽ ἑκάτερα, κοινῶς συμποσιακά. Σποράδην
E δὲ ἀναγέγραπται, καὶ οὐ διακεκριμένως, ἀλλ᾽ ὡς ἕκαστον εἰς μνήμην ἦλθεν. Οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν τοὺς ἀναγινώσκοντας, εἴ σοι προσφωνοῦντες, τινὰ τῶν προῤῥηθέντων ὑπὸ σοῦ συνηγάγομεν· καὶ γὰρ ἂν αἱ μαθήσεις ἀναμνήσεις μὴ ποιῶσι, πολλάκις εἰς ταὐτὸ τῷ μανθάνειν τὸ ἀναμιμνήσκεσθαι καθίστησι.

E. 3. προῤῥηθέντων ὑπὸ σοῦ] Vulgo et reliqui libri προῤῥηθέντων ἢ ὑπὸ σοῦ. Secutus ſum Mez. et verſiones Amiot. et Xyl. item certiſſimam obſervationem de orto η ex antecedenti ν.

E. 5. ποιῶσι] Mez. Reiſk. ὦσι. Equidem malim, πάντως ὦσι.

tinentia,) hæc communi nomine *convivalia.* Sunt autem conſcripta promiſcue, non diſtincte, ſed ut memoria ſuggerebat. Neque debet mirum videri lectoribus, ſi hæc tibi inſcribentes, quædam prædictorum ex tuis colloquiis conduximus. Nam ſi diſciplina recordationem non faciat, tamen hæc ſæpe in idem concurrunt.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Α'.

Τίνα ἐστὶν ἃ Ξενοφῶν περὶ πότον ἥδιον ἐρωτᾶσθαί φησι, καὶ σκώπτεσθαι, ἢ μή.

QUÆSTIO I.

Quæ ſint res, de quibus interrogari, quæ dicteria, quibus peti, libenter nos volumus: quæ, non item.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΣΟΣΣΙΟΣ ΣΕΝΕΚΙΩΝ. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ.

PERSONÆ COLLOQUII.

SOSSIUS SENECIO. PLUTARCHUS.

α'. ΔΕΚΑ δὲ προβλημάτων εἰς ἕκαστον νενεμημένων βιβλίον, ἐν τούτῳ πρῶτόν ἐστιν, ὃ τρόπον τινὰ Ξενοφῶν ὁ Σωκρατικὸς ἡμῖν παραβέβληκε. Τὸν γὰρ Γωβρύαν φησὶ συνδειπνοῦντα τῷ Κύρῳ, τά τε ἄλλα θαυμάζειν τῶν Περσῶν, καὶ ὅτι τοιαῦτα μὲν ἀλλήλους ἐπηρώτων οἷα ἥδιον ἦν ἐρωτηθῆναι, ἢ μὴ, καὶ ὡς ἔσκωπτον οἷα σκωφ-

E. 18. ὃ—παραβέβληκε] ὃ ſumſi ab Ald. Baſ. Xyl. loco vulgati ὅν. Porro legendum προβέβληκε cum Mez.

I. CUM in ſingulos libros quæſtiones ſint decem a nobis collocatæ, hoc in libro ea prima eſt, quam nobis Xenophon Socraticus quodammodo ſuggeſſit. Ait enim Gobryam a Cyro cœna exceptum cum alios Perſarum mores fuiſſe admiratum, tum quod talia invicem interrogabant, qualia interrogari quam non interrogari erat jucundius, et tali-

θῆναι ἥδιον ἦν, ἢ μή. Εἰ γὰρ ἐπαινοῦντες ἕτεροι πολλάκις, καὶ προσίστανται, πῶς οὐκ ἄξιον ἦν ἀγασθῆναι τὴν εὐτραπελίαν ἐκείνων καὶ τὴν σύνεσιν, ὧν καὶ τὰ σκώμματα τοῖς σκωπτομένοις ἡδονὴν καὶ χάριν παρεῖχε; Δεχόμενος οὖν ἡμᾶς ἐν Πάτραις, ἡδέως ἄν, ἔφη, πυθοίμην τὰ τοιαῦτα ἐρωτήματα ποίου γένους ἐστὶ, καὶ τίς αὐτῶν τύπος. Οὐ γάρ τι μικρὸν, ἔφησε, τῆς ὁμιλητικῆς μόριον, ἡ περὶ τὰς ἐρωτήσεις καὶ τὰς παιδιὰς τοῦ ἐμμελοῦς ἐπιστήμη καὶ τήρησις.

630 β΄. Μέγα μὲν οὖν ἔφην ἐγώ· ἀλλ᾽ ὅρα μὴ καὶ αὐτὸς ὁ Ξενοφῶν ἔν τε τῷ Σωκρατικῷ καὶ τοῖς Περσικοῖς ἐπιδείκνυσι συμποσίοις τὸ γένος. Εἰ δὲ δοκεῖ καὶ ἡμᾶς ἐπιθέσθαι τινὶ λόγῳ, πρῶτον ἡδέως ἐρωτᾶσθαί μοι δοκοῦσιν ἃ ῥᾳδίως ἀποκρίνασθαι δύνανται· ταῦτα δ᾽ ἐστὶν ὧν ἐμπειρίαν ἔχουσιν. Ἃ γὰρ ἀγνοοῦσιν, ἢ μὴ λέγοντες ἀχ-

F. 8. ἐν Πάτραις] Ita omnes libri Ald. Baſ. Xyl. E. H. Palat. Vat. unus Venetus ἐν Πέτρᾳ. Stephanus ex Amioto dedit Σώπατρος: quod nolui ſequi. Mox pro ἔφη et ἔφησε bis legendum ἔφης· ut verti.

A. 6. ἢ μὴ λέγοντες] ἢ, loco vulgati οἱ recepi ex Jannot. Pol. Anon. T. V. Mez.

bus impetebant ſe mutuo ſalſe dictis, quibus impeti quam non impeti erat ſuavius. Nam ſi nonnulli laudando offendunt, cur non ſummam admirationem mereatur illorum faceta calliditas, quorum etiam ſales voluptati eſſent iis in quos depromebantur? Excipiens ergo Patris nos, Quam vellem, aiebas, audire iſtæ interrogationes cujus generis ac modi eſſent. Non enim exigua mihi pars dexteritatis in conſueſcendo eſt accurata ſcientia et obſervatio interrogandi et jocandi.

II. Magna, inquam tum ego. Sed vide an non ipſe Xenophon id genus in Socratico et Perſicis demonſtraverit conviviis. Si tamen videtur, ut ipſi quoque conemur eam rationem oſtendere, primum arbitror jucundum eſſe de his interrogari rebus, de quibus in promtu ſit reſponſum: hoc eſt, quarum peritus ſit qui interrogatur. Nam de ignotis interrogati, aut non

θονται, καθάπερ αἰτηθέντες ὃ δοῦναι μὴ δύνανται· ἢ λέ-
γοντες ἀπὸ δόξης καὶ εἰκασίας οὐ βεβαίου, διαταράσ-
σονται καὶ κινδυνεύουσιν. Ἂν δὲ μὴ μόνον ἔχῃ τὸ ῥᾴδιον,
ἀλλὰ καὶ περιττὸν ἡ ἀπόκρισις, ἥδιον ἐστὶ τῷ ἀποκρινο- B
μένῳ. Περιττοὶ δ' εἰσὶν αἱ τῶν ἐπισταμένων ἃ μὴ πολλοὶ
γινώσκουσιν, μηδὲ ἀκηκόασιν· οἷον ἀστρολογικῶν, διαλεκ-
τικῶν, ἄν περ ἕξιν ἐν αὐτοῖς ἔχωσιν. Οὐ γὰρ πράττων
μόνον ἕκαστος, οὐδὲ διημερεύων, ὡς Εὐριπίδης φησὶν, ἀλ-
λὰ καὶ διαλεγόμενος,

Ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνει κράτιστος ὤν,

ἡδέως διατίθεται· καὶ χαίρουσι τοῖς ἐρωτῶσιν ἃ γινώσκοντες
ἀγνοεῖσθαι, καὶ λανθάνειν οὐ θέλουσι. Διὸ καὶ περὶ χώρας
ἀποίκου, καὶ ξένης θαλάττης, ἐθῶν τε βαρβαρικῶν καὶ νό-
μων, οἱ πεπλανημένοι καὶ πεπλευκότες ἥδιον ἐρωτῶνται·

A. 8. *ἀπὸ δόξης καὶ εἰκασίας οὐ βεβαίου*] Sic ex codicibus conſtitui. E. H. Vatic. *ἀπὸ δόξης καὶ ἐγκρασίας οὐ βεβαίου.* Palat. *ἀποδείξεις καὶ εἰκασίας οὐ βεβαίου.* Ald. Baſ. *ἀποδείξεις καὶ ἐγκρασίας οὐ βεβαίου*: eodem modo Xyl. niſi quod *βεβαίως* habet. Stephanus, *ἀποδείξεις ἐγκαρσίας καὶ οὐ βεβαίως.*

A. 9. *κινδυνεύουσιν*] Legendum vel *κυμαίνουσιν*, vel *δειμαίνουσιν.*

B. 2. Περιττοὶ δ' εἰσὶν *αἱ τῶν*] Sumſi ex E. H. Vatic. Περιττοὶ δ' *εἴσιν* item, ſed *αὐτῶν*, habent Venet. Palat. Ald. Baſ. Xyl. Stephanus dedit *περιττὴ δ' ἔστιν αὐτῶν.* Librorum conſenſu retinui *περιττοὶ* quum conſuetudo Plutarchi et omnino ratio recepta potius *περιτταὶ* deſiderent, ut Exempl. Turneb. habet.

B. 7. Ἵν'] pro vulgato *ἵνα* dedi, et verſum diſtinxi, ſecutus Xylandrum.

reſpondentes ægre ferunt, tanquam id poſtulati quod dare non poſſint: aut reſpondentes ex opinione et conjectura infirma, perturbantur et hærent. Quod ſi reſponſio non modo facilis ſit, ſed etiam ſubtilis, id reſpondenti jam voluptatem adfert. Eſt autem ſubtilis cum de iis interrogantur quæ, ipſis nota, plerique ignorant, ut de aſtrologicis aut dialecticis. Nam non agens tantum, aut dies exigens in re aliqua, ſed etiam diſſerens

Ubi ipſe ſeipſo præſtet arte plurimum,

lætitia perfunditur, gaudetque ſe interrogari iis de rebus, quas ſe habere cognitas neſciri non vult. Hinc fit, ut qui peregrinati, ac multas pervagati ſunt longinquas regiones, moreſque et inſtituta barbarorum inſpexerunt, et mare navigaverunt exterum, de iis rebus ſe interrogari gau-

καὶ προθύμως διηγοῦνται, καὶ διαγράφουσι κόλπους καὶ
C τόπους, οἰόμενοι καὶ χάριν τινὰ τῶν πόνων ταύτην καὶ παραμυθίαν κομίζεσθαι. Καθόλου δὲ ὅσα μηδενὸς ἐρωτῶντος αὐτοὶ διηγεῖσθαι καὶ λέγειν ἀφ' ἑαυτῶν εἰώθαμεν, ἥδιον ἐρωτώμεθα, χαρίζεσθαι τούτοις δοκοῦντες, ὧν ἔργον ἦν ἐνοχλουμένων ἀποσχέσθαι. Καὶ τοῦτο μὲν ἐν τοῖς πλωτικοῖς μάλιστα φύεται τὸ γένος τοῦ νοσήματος. Οἱ δὲ κομψότεροι ταῦτα ἐρωτᾶσθαι θέλουσιν, ἃ βουλόμενοι λέγειν αἰδοῦνται, καὶ φείδονται τῶν παρόντων· οἷον, ὅσα τυγχάνουσιν αὐτοὶ διαπεπραγμένοι καὶ κατωρθωκότες, Ὀρθῶς οὖν ὁ Νέστωρ, τὴν φιλοτιμίαν τοῦ Ὀδυσσέως ἐπιστάμενος,

D Εἴπ' ἄγ' ἐμ', ὦ πολύαιν' Ὀδυσσεῦ [φησὶ] μέγα κῦδος Ἀχαιῶν,
Πῶς δὴ τούς δ' ἵππους λάβετον——.

Ἄχθονται γὰρ τοῖς αὐτοὺς ἐπαινοῦσι, καὶ τὰς ἑαυτῶν εὐτυχίας διεξιοῦσιν, ἂν μὴ κελεύσῃ ἄλλος τις τῶν παρόν-

C. 8. οἷον] Addidi ex Palat.

deant, lubenterque narrent, et depingant ſinus atque loca: exiſtimantes ita ſe laborum ſuorum gratiam quandam et ſolamen reportare. Omnino autem quæ nemine interrogante ipſi ultro narrare ſolemus, de iis quæri e nobis gaudemus: quod videmur iis gratificari, quibus alioqui eramus noſtra narratione obturbaturi. Id genus morbi maxime in iis exſiſtit, qui complures navigationes confecerunt. Qui magis ſunt ſciti, interrogari avent de iis rebus, quas ipſi edifferere præſentibus verentur atque abſtinent: veluti eas res, quas ipſi fecerunt egregie ac perpetrarunt. Probe igitur Neſtor, qui cognitam haberet Ulyſſis ambitionem, ita hominem compellat,

Inclyte, dic age, maxima Achivum gloria Ulyſſes,
Qua cepiſtis equos ratione hos.—

Moleſti enim ſunt qui ſeipſos laudant, ſuoſque proſperos ſucceſſus recenſent, niſi quis præſentium jubeat, ut quaſi coacti

των, καὶ ἀναγκαζόμενοι λέγωσιν. Ἡδέως γοῦν ἐρωτῶνται περὶ πρεσβειῶν καὶ περὶ πολιτειῶν, εἰ μέγα τι καὶ λαμπρὸν εἰργασμένοι τυγχάνουσιν. Ὅθεν ἥκιστα περὶ τούτων οἱ φθονεροὶ καὶ κακοήθεις ἐρωτῶσι, καὶ ἄλλως γε τὰ τοιαῦτα διακρούονται καὶ παρατρέπουσι, χώραν τῇ διηγήσει μὴ διδόντες, μηδὲ βουλόμενοι λόγου τὸν λέγοντα κοσμοῦντος ἀφορμὰς προέσθαι. Καὶ ταῦτα οὖν ἐρωτῶντες χαρίζεσθαι τοῖς ἀποκρινομένοις, ἃ τοὺς ἐχθροὺς καὶ δυσμενεῖς αἰσθάνονται μὴ βουλομένους ἀκούειν. E

γ΄. Καὶ μὴν ὅγε Ὀδυσσεὺς τῷ Ἀλκινόῳ,

Σοὶ δ' ἐμὰ κήδεα θυμὸς ἐπετράπετο στονόεντα
Εἴρεσθαι, ὄφρ' ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος στεναχίζω.

Καὶ πρὸς τὸν χορὸν ὁ Οἰδίπους,

Δεινὸν μὲν τὸ πάλαι κείμενον ἤδη κακὸν, ὦ ξεῖνε, ἐπεγείρειν.

D. 5. καὶ ἀναγκαζόμενοι] Lego, καὶ ὥσπερ ἀναγκαζόμενοι. Nam, ut nunc legitur, eſt a Stephano ex Turneb. In omnibus libris eſt, παρόντων * ζόμενοι λέγωσιν * γοῦν ἐρωτῶνται * πρεσβειῶν καὶ * πολιτειῶν * μέγά τι καὶ λαμπρὸν &c.

D. 8. ἄλλως—διακρούονται] Sic Steph. ex Turneb. In διακρύονται Palat. Ceterum et Palat. et reliqui libri, ἄλλο * ται τὰ τοιαῦτα δακρύονται.

E. 1. χαρίζεσθαι] Immo χαρίζονται Mez.

E. 8. ὦ ξεῖνε—οὐ τοῖς ἔτι] Sic Steph. Xyl. ex locis Tragicorum ſupplerunt. Monuerat Turnebus in Exemplo ſuo et P. Victorius ad Ariſtot. Rhet. I. p. 174. In aliis omnibus libris ita eſt, ὦ ξεῖνε * γεῖρειν * ὁ δ' Εὐριπίδης τοὐναντίον, ὡς ἡδύ * πόνων * οὐ τοῖς ἔτι &c.

dicant. Ergo libenter interrogantur de legationibus et adminiſtrata republica, ſi quid magnum et ſplendidum confecerint. Igitur minime de his invidi et maligni interrogant: ſed avertunt ac diſpellunt hæc, et locum narrationi non concedunt, neque volunt anſam ſermoni præbere, qui dicentem ornet. Porro de his rebus interrogantes gratificamur reſponſuris, de quibus rebus eorum inimicos et malevolos ſentiunt audire nolle.

III. At vero Ulyſſes hæc ad Alcinoum,

Induxti mentem noſtros audire dolores
Narrantis, genituſque graves augere loquentis.

Et ad chorum Œdipus,

Grave eſt reconditum, hoſpes mi, pridem malum
Revocare in memoriam.——

Ὁ δ᾽ Εὐριπίδης τοὐναντίον, ὡς

Ἡδύ τι τὸν σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

F ἀλλ᾽ οὐ τοῖς ἔτι πλανωμένοις καὶ κακὰ φέρουσι. Τῶν οὖν κακῶν φυλακτέον ἐστὶ τὰς ἐρωτήσεις· ἀνιῶνται γὰρ διηγούμενοι καταδίκας αὑτῶν, ἢ ταφὰς παίδων, ἤ τινας κατὰ γῆν οὐκ εὐτυχεῖς ἢ κατὰ θάλατταν ἐμπορίας. Τὸ δὲ πῶς εὐημέρησαν ἐπὶ βήματος, ἢ προσηγορεύθησαν ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ἢ τῶν ἄλλων περιπεσόντων χειμῶσιν ἢ λῃσταῖς, αὐτοὶ διέφυγον τὸν κίνδυνον, ἡδέως ἐρωτῶνται πολλάκις, καὶ τέρψιν τινὰ τῷ λόγῳ τοῦ πράγματος ἀπολαύοντες, ἀπλήστως
631 ἔχουσι τοῦ διηγεῖσθαι καὶ μνημονεύειν. Χαίρουσι δὲ καὶ περὶ φίλων εὐτυχούντων ἐρωτώμενοι, καὶ περὶ παίδων προκοπτόντων ἐν μαθήμασι, συνηγορίαις, ἢ φιλίαις βασιλέων. Ἐχθρῶν δὲ καὶ δυσμενῶν ὀνείδη καὶ βλάβας, καὶ καταδίκας ἐξελεγχθέντων καὶ σφαλέντων, ἥδιον ἐρωτώμενοι καὶ

F. 4. εὐημέρησαν] Sic Xyl. et H. Vulgo, εὐημέρισαν.

Sed Euripides contra,

Suave eſt laborum præteritorum memoria.

Servatis nimirum ex infortunio, non confli&tantibus adhuc et mala ferentibus. Cavendæ enim ſunt interrogationes de calamitatibus. Ægro quippe animo narrant damnationes ſui, aut liberum mortes, aut parum felices terra marique negotiationes. Contra ſi quæras quomodo ad tribunal cauſſa ſteterint, aut a rege compellati fuerint, aut, aliis in tempeſtatem prædoneſve illapſis, periculum ipſi ſubterfugerint, pergratum feceris ſi id ſæpiuſcule facias: et re ipſa miniſterio ſermonis quodammodo fruentes, expleri iis narrandis atque commemorandis non poſſunt. Gaudent etiam interrogati de lætis amicorum ſucceſſibus, de filiorum profectibus in ſtudio literarum, in agendis cauſſis, in amicitiis regum. Lubentius etiam et alacrius narrant interrogati inimicorum et malevolorum dedecora, damna, ac damnationes convictorum ſceleris, et

προθυμότερον ἐξαγγέλλουσιν· αὐτοὶ δὲ ἀφ' αὑτῶν ὀκνοῦσι, φυλαττόμενοι δόξαν ἐπιχαιρεκακίας. Ἥδιον δὲ καὶ περὶ κυνῶν ἄνδρα θηρευτὴν ἐρωτᾷν, καὶ φιλαθλητὴν περὶ γυμνικῶν ἀγώνων, καὶ περὶ καλῶν ἐρωτικόν. Ὁ δ' εὐσεβὴς καὶ φιλοθύτης, διηγηματικὸς ὀνείρων καὶ ὅσα χρησάμενος ἢ φήμαις, ἢ ἱεροῖς, ἢ θεῶν εὐμενείᾳ, κατώρθωσεν, ἡδέως ἂν καὶ περὶ τούτων ἐρωτῷτο ἄν. Τοῖς δὲ πρεσ- B
βύταις, κἂν μηδὲν ἡ διήγησις ᾖ προσήκουσα, πάντως οἱ ἐρωτῶντες χαρίζονται, καὶ κινοῦσι βουλομένους.

Ὦ Νέστορ Νηληϊάδη, σὺ δ' ἀληθὲς ἐνίσπε,
Πῶς ἔθαν' Ἀτρείδης; ———
Ποῦ Μενέλαος ἔην ———
Ἢ οὐκ Ἄργεος ἦεν Ἀχαιϊκοῦ;

πολλὰ ἐρωτῶν ἅμα καὶ πολλῶν λόγων ἀφορμὰς προσιέμενος, οὐχ, ὥσπερ ἔνιοι, συστέλλοντες εἰς τὸ ἀναγκαῖον αὐτὸ, καὶ συνελαύνοντες τὰς ἀποκρίσεις, ἀφαιροῦνται τῆς γε-

A. 8. θηρευτὴν] θηρευτικὸν, Palat.
B. 8. προσιέμενος] προϊέμενος, Anon. Reisk.

in res adverſas delapſorum: quod facere ultro cavent, ne videantur alienis malis gaudere. Jucundius etiam eſt venatori, ſi de canibus percunctere, aut certaminum ſtudioſum de gymnicis ludis, vel amatorem de formoſis. Religioſus et ſacrificandi ſtudioſus narrare ſolet ſomnia, et quas res oraculi, ominis, victimæ adjumento, deorumve propitia voluntate proſpere peregerit. Senes, etiam ſi narratio omnino nihil ad rem factura ſit, tamen delectant qui ex ipſis aliquid quærunt, gratiamque ineunt eorum dicendi voluntate excitanda.

Dic mihi, Nelide, verum, clariſſime Neſtor,
Qua periiſſe ſcias ingentem Agamemnona morte?
Tunc Menelaus ubi fuit? Argos Achaicum an illum
Illo non tenuit tum tempore?—

ſimul de multis rebus interrogat, et occaſiones varia diſſerendi ſuggerit: ſecus quam nonnulli, qui neceſſitate circumſcribentes, et in arctum reſponſa cogentes, ſuaviſſima

ροντικῆς διατριβῆς τὸ ἥδιστον. Ὅλως δὲ οἱ θέλοντες εὐφραίνειν μᾶλλον ἢ λυπεῖν, τοιαύτας ἐρωτήσεις προσφέ-
C ρουσιν· ὧν ταῖς ἀποκρίσεσιν οὐ ψόγος, ἀλλ' ἔπαινος, οὐδὲ μῖσος ἢ νέμεσις, ἀλλ' εὔνοια καὶ χάρις ἕπεται παρὰ τῶν ἀκουσάντων. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ περὶ τὰς ἐρωτήσεις.

δ'. Σκώμματος δὲ τῷ μὴ δυναμένῳ μετ' εὐλαβείας καὶ τέχνης κατὰ καιρὸν ἅπτεσθαι, παντάπασιν ἀφεκτέον. Ὥσπερ γὰρ τοὺς ἐν ὀλισθηρῷ τόπῳ, κἂν θίγωσιν ἐκ παραδρομῆς μόνον, ἀνατρέπουσιν, οὕτως ἐν οἴνῳ πρὸς πᾶσαν ἀφορμὴν λόγου μὴ κατὰ σχῆμα γιγνομένην ἐπισφαλῶς ἔχομεν. Τοῖς δὲ σκώμμασιν ἔστιν ὅτε μᾶλλον ἢ ταῖς λοιδορίαις ἐκκινούμεθα, τὸ μὲν ὑπὸ ὀργῆς πολλάκις ἀβουλήτως ὁρῶντες γινόμενον, τὸ δὲ, ὡς οὐκ ἀναγκαῖον, ἀλλ' ἔργον ὕβρεως καὶ κακοηθείας, προσβαλλόμενοι· καὶ καθόλου διαλέγεσθαι τοῖς δεινοῖς μᾶλλον ἢ τοῖς φλυ-

C. 8. *μὴ κατὰ σχῆμα γιγνομένην*] Non placet. Malim, *μὴ ἐν καταστήματι*, vel *μὴ καταστηματικοὶ, γιγνόμενοι.*

C. 13. *καὶ καθόλου—παρασκευῆς*] Sic a Stephano expletus locus ex Turnebo: et adhuc explendus ad probabiliorem rationem. Libri omnes, id eſt Ald. Baſ. Xyl. E..H. Venet. Vatic. Palat. ita habent: *καὶ καθόλου διαλέγεσθαι τοῖς * νοῖς μᾶλλον ἢ τοῖς φλυαροῦσι χαλιπαίνομεν * ὅτι δ' ὅλως τὸ * ματι πρόσεσται * τὸ σκῶμμα λοιδόρημα δὲ * εἶναι καὶ πεποιημένον ἐκ*

ſenes oblectatione defraudant. Univerſe autem qui voluptatem malunt quam moleſtiam offerre, hujuſmodi proponunt quæſtiones, quarum reſponſis non vituperatio, ſed laus, non odium aut invidia, ſed benevolentia et gratia auditorum, comitetur. Atque hæc quidem de interrogationibus.

IV. Salibus autem qui nequit caute, artificioſe, ac tempeſtive uti, omnino iis abſtineat cenſeo. Sicut enim in lubrico loco etiam ii ſubvertunt, qui tantum in tranſcurſu attingunt: ita in vino quævis oratio non ſatis commoda occaſionem nobis peccandi præbet. Eſt, cum ſalibus magis quam conviciis exagitamur: cum hæc ab ira inconſulto proficiſci ſæpe videamus, illos non a neceſſitate, ſed ſtudio contumeliæ et malignitate. Et in univerſum irriſi a diſertis magis quam nugantibus ſuccenſemus. Quod

τοὺς ἐνόχους σκώμματα, τοῖς μακρὰν οὖσι τῆς διαβολῆς ἡδονήν τινα καὶ χάριν ποιεῖν. Οἷον ὁ Ξενοφῶν τὸν ὑπεραίσχρον καὶ ὑπέρδασυν ἐκεῖνον, ὡς παιδικὰ τοῦ Σαμβαύλα σκωπτόμενον εἰσάγει μετὰ παιδιᾶς. Καὶ Κοΐντου τοῦ ἡμετέρου, μέμνησαι γὰρ, ἐν ἀσθενείᾳ τὰς χεῖρας ἔχειν ψυχρὰς λέγοντος, Αὐφίδιος Μόδεστος, Ἀλλὰ μὴν, ἔφη, θερμὰς ἀπὸ τῆς ἐπαρχίας κεκόμικας αὐτάς· τοῦτο γὰρ ἐκείνῳ μὲν γέλωτα καὶ διάχυσιν παρέσχε, κλέπτῃ δὲ ἀνθυ- B
πάτῳ λοιδόρημα καὶ ὄνειδος ἦν. Διὸ καὶ Κριτόβουλον ὁ Σωκράτης εὐπροσωπότατον ὄντα προκαλούμενος εἰς σύγκρισιν εὐμορφίας, ἔπαιζεν, οὐκ ἐχλεύαζεν· καὶ Σωκράτην πάλιν Ἀλκιβιάδης ἔσκωπτεν εἰς ζηλοτυπίαν τὴν περὶ Ἀγάθωνος. Ἥδονται δὲ καὶ βασιλεῖς τοῖς λεγομένοις ὡς εἰς πένητας αὐτοὺς καὶ ἰδιώτας· ὥσπερ ὑπὸ Φιλίππου σκωφθεὶς ὁ παράσιτος εἶπεν, Οὐκ ἐγώ σε τρέφω; Τὰ γὰρ οὐ προσόντα φαῦλα λέγοντες, ἐμφαίνουσι τὰ προσόντα χρηστά. Δεῖ δὲ

A. 9. μέμνησαι γὰρ] Recepi γὰρ ex Palat. et Anon.

ria, quæ ſontibus moleſtiam adferunt, voluptatem aliquam adferre et grata eſſe iis qui procul a culpa et crimine abſunt. Ut cum Xenophon per jocum introducit turpiſſimum hirſutiſſimumque illum, pro amaſio Sambaulæ vexatum. Et cum Quintus noſter in morbo diceret, manus ſibi eſſe frigidas, Aufidius Modeſtus, *Atqui*, inquit, *calidas eas e provincia reportaviſti:* hoc enim Quinto ſane riſum movit, et oblectationi fuit, proconſuli autem furi opprobrium fuiſſet et convicium. Itaque etiam Critobulum formoſiſſimum Socrates ad certamen pulchritudinis provocans, jocabatur, non ſubſannabat. Itemque Socratem Alcibiades ſalſe notabat de rivalitate propter Agathonem. Reges quoque delectantur iis quæ in ipſos tanquam pauperes et privatos dicuntur. Ut cum dicterio impetitus a Philippo menſæ aſſecla dixit, *An non ego te alo?* Quippe mala quæ non adſunt objicientes, interim arguunt bona quæ ad-

ὁμολογουμένως καὶ βεβαίως προσεῖναί τι χρηστόν· εἰ δὲ
C μὴ, τὸ λεγόμενον τοὐναντίον ἀμφισβητήσιμον ἔχει τὴν
ὑπόνοιαν. Ὁ γὰρ τῷ πάνυ πλουσίῳ τοὺς δανειστὰς ἐπάξ-
ειν λέγων, ἢ τὸν ὑδροπότην καὶ σώφρονα παροινεῖν καὶ με-
θύειν, ἢ τὸν εὐδάπανον καὶ μεγαλοπρεπῆ καὶ χαριστικὸν,
κίμβικα καὶ κύμινον προσαγορεύων, ἢ τὸν ἐν συνηγορίαις
καὶ πολιτείαις μέγαν ἀπειλῶν ἐν ἀγορᾷ λήψεσθαι, διά-
χυσιν καὶ μειδίαμα παρέσχεν. Οὕτως ὁ Κῦρος ἐν οἷς ἐλεί-
πετο τῶν ἑταίρων, εἰς ταῦτα προκαλούμενος, ἐγίνετο
προσηνὴς καὶ κεχαρισμένος. Καὶ τοῦ Ἰσμηνίου τῇ θυσίᾳ
προσαυλοῦντος, ὡς οὐκ ἐκαλλιέρει, παρελόμενος τοὺς αὐλοὺς
ὁ μισθωσάμενος ηὔλησε γελοίως· αἰτιωμένων δὲ τῶν
D παρόντων, Ἔστιν, ἔφη, τὸ κεχαρισμένως αὐλεῖν θεόθεν· ὁ
δ᾽ Ἰσμηνίας γελάσας, Ἀλλ᾽ ἐμοῦ μὲν αὐλοῦντος ἡδόμενοι

C. 5. κύμινον] Κυμινοπρίστην corrigit Xylander: recte, opinor: ultima pars vocis a prima parte proximæ vocis abſumta eſt.

C. 8. τῶν ἑταίρων] Recepi τῶν ex Palat.

D. 1. παρόντων, Ἔστιν] Credo inter duas has voces excidiſſe καὶ καλλιεροῦντος. In Verſione addidi.

ſunt. Oportet autem certo et conſtanter boni aliquid adeſſe: alioqui id quod dicitur, ambiguam et controverſam habebit ſignificationem. Nam qui prædiviti minetur ſe creditores ejus ipſi immiſſurum, aut abſtemium vel temperantem ebrium eſſe ac per vinum peccare dicat, vel liberali ac magnifico ſordidi et cuminiſectoris nomen imponat, aut in patrociniis ac gerenda republica magnum in foro ſe reum peracturum jactet, ridendi materiam atque hilaritatis præbuerit. Ita Cyrus amicos ad earum provocans certamina rerum, in quibus inferior erat, comis fuit atque gratioſus. Iſmenias cum tibiis caneret ad ſacrificium, neque litaretur, qui conduxerat tibias ei ademit, atque ipſe ridicule cecinit: cumque id corona reprehenderet ipſeque perlitaret, *Divinitus*, inquit, *eſt canere gratioſe*; ibi ſubridens Iſmenias, *Immo*, ait, *me canente dii oblectati moram*

διέτριβον οἱ θεοί· σοῦ δ' ἀπαλλαγῆναι σπεύδοντες ἐδέξαντο τὴν θυσίαν.

ς'. Ἔτι τοίνυν οἱ τὰ χρηστὰ τῶν πραγμάτων τοῖς λοιδορουμένοις ὀνόμασι μετὰ παιδιᾶς καλοῦντες, ἂν ἐμμελῶς ποιῶσιν, αὐτῶν μᾶλλον εὐφραίνουσι τῶν ἀπ' εὐθείας ἐπαινούντων. Καὶ γὰρ δάκνουσι μᾶλλον οἱ διὰ τῶν εὐφήμων ὀνειδίζοντες· ὡς οἱ τοὺς πονηροὺς, Ἀριστείδας, καὶ τοὺς δειλοὺς, Ἀχιλλεῖς καλοῦντες· καὶ ὁ τοῦ Σοφοκλέους Οἰδίπους,

Ταύτης Κρέων ὁ πιστὸς οὐξ ἀρχῆς φίλος.

Ἀντίστροφον οὖν ἔοικε γένος τῆς εἰρωνείας τὸ περὶ τοὺς ἐπαίνους· ᾧ καὶ Σωκράτης ἐχρήσατο, τὸ Ἀντισθένους τὸ E φιλοποιὸν καὶ συναγωγὸν ἀνθρώπων εἰς εὔνοιαν, μαστροπείαν καὶ συναγωγίαν καὶ ἀγωγίαν ὀνομάσας. Κράτητα δὲ τὸν φιλόσοφον εἰς πᾶσαν οἰκίαν εἰσιόντα μετὰ τιμῆς καὶ φιλοφροσύνης δεχομένων, θυρεπανοίκτην ἐκάλουν.

D. 3. σπεύδοντες] Sic Amiot. Baſ. Xyl. Mez. Vulgo, σπεύδοντος.
E. 3. συναγωγίαν καὶ ἀγωγίαν] Forte προαγωγείαν, nec aliud præterea, ſcripſit Plutarchus: ut auctor dicti Xenoph. Sympoſ. IV, 61, 62.

produxerunt: tu autem ut miſſos ipſos faceres, propere ſacrificium acceperunt.

VI. Porro qui bonas res per jocum nominibus probroſis adficiunt, id ſi accurate agant, magis delectant quam qui aperte laudant. Sicut magis etiam mordent, qui honeſtis nominibus in conviciando utuntur: ut qui improbos Ariſtidæ, timidos Achillis nomine appellant. Sic et Œdipus apud Sophoclem,

Hujus fidelis amicus ab initio Creon.

Huic ſimulationi ab altera parte reſpondet ea quæ in laudando verſatur. Hac uſus Socrates, Antiſthenis in conciliandis hominum ſtudiis et amore ſolertiam, lenocinium et conductionem appellabat. Cratetem autem philoſophum, qui in omnes intrans domos amanter et honorifice excipiebatur, Oſtiapertorem vocabant.

ζ΄. Ποιεῖ δ᾽ εὔχαρι σκῶμμα καὶ μέμψις ἐμφαίνουσα χάριν· ὡς Διογένης περὶ Ἀντισθένους ἔλεγεν,

F
> Ὅς με ῥάκη τ᾽ ἤμπισχε κἀξηνάγκασε
> Πτωχὸν γενέσθαι καὶ δόμων ἀνάστατον.

Οὐ γὰρ ἂν ὁμοίως πιθανὸς ἦν λέγων, Ὅς με σοφὸν καὶ αὐτάρκη καὶ μακάριον ἐποίησε. Καὶ ὁ Λάκων, ἄκαπνα ξύλα τῷ γυμνασιάρχῳ παρασχόντι προσποιούμενος ἐγκαλεῖν, ἔλεγε, Δι᾽ ὃν οὐδὲ ἀποδακρῦσαι γέγονεν ἡμῖν. Καὶ τὸν δειπνίζοντα καθ᾽ ἡμέραν ἀνδραποδιστὴν καλῶν καὶ τύραννον, δι᾽ ὃν ἐτῶν τοσούτων οὐχ ἑώρακε τὴν ἑαυτοῦ τράπεζαν. Καὶ ὁ λέγων ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐπιβεβουλευμένος ἀφηρῆσθαι τὴν σχολὴν καὶ τὸν ὕπνον, πλούσιος γεγονὼς ἐκ πένητος. Καὶ εἴ τις ἀντιστρέψας αἰτιῷτο τοὺς Αἰσχύλου Καβείρους,

633
> Ὄξους σπανίζειν δῶμα ποιήσαντας ———

F. 11. ἀντιστρέψας] Revocavi ex Ald. Baſ. Xyl. E. H. Venet. Proxime accedit ἀντιστέψας quod eſt in Palat. et Vatic. Vulgo, ἀνθοσμίαν δρέψας, quod a Turnebo et Amioto habuit Stephanus, et vetere, certe, lectione pejus eſt: in qua equidem acquieſco, modo ita accipiatur ut eam in Verſione reddidi. Æſchyli verſum a Plutarchi oratione diſtinxi: in ejus fine corrigam ποιήσαντα μου ut ſit inverſum a nutrito et ad nutritorem accommodetur.

VII. Elegans dicterium etiam fit, cum vituperationi gratiarum actio adjicitur. Sic Diogenes de Antiſthene dicebat,

> *Laciniis velavit, et me perpulit*
> *Mendicus eſſem uti, atque extorris ædibus.*

Et Laco gymnaſii præfecto qui ligna non fumantia præbuerat, id ſe vitio dare ſimulans, *Horum cauſſa*, inquit, *apud vos non licuit lacrymare.* Sic ille, qui convivium quotidie præbentem plagiarium vocabat et tyrannum, per quem tot annis ſuam non vidiſſet menſam. Et qui factus e paupere dives a rege, per inſidias ſibi aiebat otium et ſomnum eſſe erepta. Et ſi quis Æſchyli Cabiros convertens e comminatione in accuſationem, regem ſuum ac nutritorem accuſet quod *domum ipſi fecerit carere aceto:* quod

ὥσπερ αὐτοὶ παίζοντες ἠπείλησαν. Ἅπτεται γὰρ ταῦτα μᾶλλον ἔχοντα δριμυτέραν χάριν· ὥστε μὴ προσίστασθαι μηδὲ λυπεῖν τοὺς ἐπαινουμένους.

η'. Δεῖ δὲ τὸν ἐμμελῶς σκώμματι χρησόμενον, εἰδέναι καὶ νοσήματος διαφορὰν πρὸς ἐπιτήδευμα· λέγω δὲ φιλαργυρίας καὶ φιλονεικίας πρὸς φιλομουσίαν καὶ φιλοθηρίαν· ἐπ' ἐκείνοις μὲν γὰρ ἄχθονται σκωπτόμενοι, πρὸς ταῦτα δὲ ἡδέως ἔχουσιν. Οὐκ ἀηδῶς γοῦν Δημοσθένης ὁ Μιτυληναῖος, φιλῳδοῦ τινος καὶ φιλοκιθαριστοῦ θύραν κόψας, ὑπακούσαντος αὐτοῦ καὶ κελεύσαντος εἰσελθεῖν, Ἂν πρῶτον, ἔφη, τὴν κιθάραν δήσῃς. Ἀη- B
δῶς δὲ ὁ τοῦ Λυσιμάχου παράσιτος, ἐμβαλόντος αὐτοῦ σκορπίον ξύλινον εἰς τὸ ἱμάτιον, ἐκταραχθεὶς, καὶ ἀναπηδήσας, ὡς ᾔσθετο τὴν παιδιὰν, Κἀγώ σε, φησὶν, ἐκφοβῆσαι βούλομαι, ὦ βασιλεῦ· δός μοι τάλαντον.

A. 2. ἠπείλησαν. Ἅπτεται] Inter hæc duo verba reponendus videtur locus, qui mox refertur, de Epaminonda.
A. 7. φιλονεικίας] φιλονίας Palat.
B. 2. Λυσιμάχου] Sic Baſ. Xyl. Amiot. Mez. Accedit auctoritas Athenæi. VI. p. 246. E. Vulgo, Λυσίου.

Cabiri cum joco minati erant. Hæc enim magis tangunt, acrioremque habent gratiam, ita ut non offendant neque lædant eos qui laudantur.

VIII. Oportet autem eum qui concinne uti volet dicteriis, vitii et ſtudii inter ſe diſcrimen habere cognitum: aliud enim ſunt avaritia et contendendi cupiditas, aliud muſicæ et venationis ſtudium: quorum illa ſibi objici homines indigne ferunt, hæc gaudent. Itaque non invenuſte Demoſthenes Mitylenæus, cum cantilenis et citharæ dediti cujuſdam fores pulſaſſet, iſque aperuiſſet et ingredi juſſiſſet, *Faciam*, ait, *ſi prius citharam ligaveris.* Invenuſte paraſitus Lyſimachi, qui cum ei rex ſcorpium ligneum veſti injeciſſet, perterritus proſiluit, cumque ludum ſenſiſſet, *Te quoque*, inquit, *rex*, *volo perterrefacere*, *da mihi talentum.*

θ΄. Εἰσὶ δὲ καὶ περὶ τὰ σωματικὰ τοιαῦται δια-
φοραὶ τῶν πολλῶν. Οἷον εἰς γρυπότητα καὶ σιμότητα
σκωπτόμενοι, γελῶσιν· ὡς ὁ Κασάνδρου φίλος οὐκ ἠχ-
θέσθη τοῦ Θεοφράστου πρὸς αὐτὸν εἰπόντος, Θαυμάζω
σου τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὅτι οὐκ ᾄδουσι, τοῦ μυκτῆρος αὐ-
τοῖς ἐνδεδωκότος· καὶ ὁ Κῦρος ἐκέλευσε τὸν γρυπὸν σι-
C μὴν ἀγαγέσθαι γυναῖκα, οὕτω γὰρ ἐφαρμόσειν. Εἰς δὲ
δυσωδίαν μυκτῆρος ἢ στόματος ἄχθονται σκωπτόμενοι.
Καὶ πάλιν εἰς φαλακρότητα, πράως φέρουσιν· εἰς δὲ
πήρωσιν ὀφθαλμῶν, ἀηδῶς. Καὶ γὰρ Ἀντίγονος, αὐτὸς
μὲν ἑαυτὸν εἰς τὸν ὀφθαλμὸν ἔσκωπτε· καί ποτε λαβὼν
ἀξίωμα μεγάλοις γράμμασι γεγραμμένον, Ταυτὶ μὲν,
ἔφη, καὶ τυφλῷ δῆλα. Θεόκριτον δὲ τὸν Χῖον ἀπέκτεινεν,
ὅτι φήσαντός τινος, εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἂν τοῦ βασιλέως
παραγένηται, σωθῆναι, Ἀλλ' ἐμοὶ, εἶπεν, ἀδύνατα φὴς

B. 11. *σιμὴν ἀγαγέσθαι γυναῖκα*] Abeſt ab omnibus libris ante Stephanum qui ſumſit a Turnebo, hic a Xenophonte.

C. 8. ὀφθαλμοὺς—σωτηρίαν] Stephanus ita edidit ex Turnebiano. Omnes alii libri ita habent: *ὀφθαλμοὺς ἂν * ῥαγένη * σωθῇ * ἀλλ' ἅμα εἶπεν ἀδυνάτου τὰ ὑπὸ τὴν σωτηρίαν.*

IX. Sunt etiam talia diſcrimina eorum quæ corporibus accidunt. Nam aduncus aut compreſſus naſus ſi objiciatur, ridere ſolent. Et amicus Caſſandri non indignatus eſt, cum ei dixiſſet Theophraſtus, *Miror oculos tuos non canere, naſo ipſis incentivum dante.* Et Cyrus eum qui adunco eſſet naſo, juſſit ſimam ducere uxorem; ſic enim quadraturum. Ægre autem ferunt, ſi oris aut naſi tetrum fœtorem exprobres. Rurſum calvitiei non curant notationem, oculi defectum iniquiſſime audiunt ſibi exprobari. Antigonus quidem ipſius in oculum amiſſum jocabatur: et aliquando oblato edicto quod magnis erat perſcriptum litteris, *Vel cæcus*, aiebat, *hæc legere poſſit.* Theocritum autem Chium interfecit: quod cum ei pollicerentur amici, fore omnia ipſius ſalva, ubi ante oculos regis perveniſſet: reſponderat, *Omnem ergo ſibi ſalutis ſpem eſſe*

τὰ τῆς σωτηρίας. Λέων ὁ Βυζάντιος, εἰπόντος Πασιάδου πρὸς αὐτὸν, ὀφθαλμιαθῆναι δι' αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλ- D
μοὺς, Ἀσθένειαν, ἔφη, σώματος ὀνειδίζεις, νέμεσιν οὐχ ὁρῶν ἐπὶ τῶν ὤμων βαστάζοντα σου τὸν υἱόν· εἶχε δὲ κυρτὸν ὁ Πασιάδης υἱόν. Ἠγανάκτησε δὲ καὶ Ἄρχιππος ὁ δημαγωγὸς τῶν Ἀθηναίων, ὑπὸ Μελανθίου σκωφθεὶς εἰς τὸ κυρτόν· ἔφη γὰρ αὐτὸν ὁ Μελάνθιος, Οὐ προεστάναι τῆς πόλεως, ἀλλὰ προκεκυφέναι. Τινὲς δὲ ταῦτα πράως καὶ μετρίως φέρουσιν· ὥσπερ ὁ φίλος τοῦ Ἀντιγόνου τάλαντον αἰτήσας, καὶ μὴ λαβὼν, ᾔτησε προπομποὺς καὶ φύλακας, Ὅπως, ἔφη, μὴ ἐπιβουλευθῶ, E
προστάξας κατ' ὤμου τὸ τάλαντον φέρειν. Οὕτω μὲν περὶ τὰ ἐκτὸς ἔχουσι διὰ τὴν ἀνωμαλίαν· ἄλλοι γὰρ ἐπ' ἄλλοις ἄχθονται. Ἐπαμεινώνδας μετὰ τῶν συναρ-

C. 10. Λέων—δι' αὐτοῦ] Λέων ſumſi ex Baſ. Xyl. Amiot. Mez. et ita Plutarchus ſupra p. 88. E. Ald. E. H. Pal. Vat. Venet. ſimpliciter habent, ὁ Βυζάντιος. Stephanus dedit Καὶ ὁ Βυζάντιος. Porro δι' αὐτοῦ, pro vulgato δὲ αὐτοῦ, ex Xyl. et Mez.

D. 7. προκεκυφέναι] Sic Baſ. Xyl. Mez. Salmaſ. Vulgo, κεκυφέναι.

E. 2. προστάξας] Lego, προσῖτι, δόξας: itaque reddidi in Verſione.

E. 4. Ἐπαμεινώνδας—ἐπίσταμαι] Magis ſuo loco reponendum ſupra, A. poſt ἠπείλησαν.

ademtam. Leo Byzantius, cum ei Paſiades dixiſſet, *Lippitudinis contagio mihi abs te accidit:* reſpondit, *Imbecillitatem corporis mihi exprobras, non animadvertens filium tuum, Nemeſin in tergo geſtantem:* gibboſum autem filium habebat Paſiades. Hoc vitium etiam Archippus Athenienſis populi conſiliarius iniquo animo paſſus eſt ſibi a Melanthio objici: qui eum, *Non procurare, ſed procurvare pro republica dicebat.* Sunt qui iſta moderate et leni animo ſuſtineant. Ut amicus Antigoni cum popoſciſſet talentum, neque impetraſſet: ſatellites ſibi dari petiit et comites, ne præter repulſam etiam inſidiæ ſibi fiant abeunti, cum videatur ſimilis ferenti talentum in humeris. Ita ad externa iſta alii aliter adfecti ſunt, eſtque magna animorum inæqualitas. Epaminondas cum collegis reipublicæ prin-

χόντων ἑστιώμενος ἐπέπινεν ὄξος, καὶ πυνθανομένων εἰ
πρὸς ὑγίειαν ἀγαθὸν, Οὐκ οἶδα· εἶπεν, ὅτι μέντοι πρὸς
τὸ μεμνῆσθαι τῆς οἴκοι διαίτης ἀγαθὸν, ἐπίσταμαι.
Διὸ δεῖ καὶ πρὸς τὰς φύσεις καὶ τὰ ἤθη σκοποῦντα,
ταῖς παιδιαῖς χρῆσθαι, πειρώμενον ἀλύπως καὶ κεχαρισμένως
ἑκάστοις ὁμιλεῖν.

ι΄. Ὁ δ' ἔρως τά τε ἄλλα ποικιλώτατός ἐστι, καὶ
τοῖς σκώμμασιν οἱ μὲν ἄχθονται καὶ ἀγανακτοῦσιν, οἱ δὲ
F χαίρουσι· δεῖ δὲ εἰδέναι τὸν καιρόν. Ὡς γὰρ τὸ πῦρ ἐν
ἀρχῇ μὲν ἀποσβέννυσι τὸ πνεῦμα διὰ τὴν ἀσθένειαν,
αὐξηθέντι δὲ τροφὴν παρέχει καὶ ῥώμην· οὕτως φυόμενος
ὁ ἔρως ἔτι καὶ λανθάνων δυσκολαίνει καὶ ἀγανακτεῖ πρὸς
τοὺς ἀποκαλύπτοντας, ἐκλάμψας δὲ καὶ διαφανεὶς τρέφεται
καὶ προσγελᾷ τοῖς σκώμμασι φυσώμενος. Ἥδιστα
δὲ σκώπτονται παρόντων τῶν ἐρωμένων εἰς αὐτὸ τὸ ἐρᾶν,
εἰς ἄλλο δὲ οὐδέν. Ἐὰν δὲ καὶ γυναικῶν ἐρῶντες ἰδίων
634 τύχωσιν, ἢ νεανίσκων φιλοκάλων ἔρωτα γενναῖον, παντά-

cipibus convivans, acetum poſtremo bibebat: interrogatuſque an hoc ad valetudinem conduceret, *Neſcio*, inquit: *ad recordandum quidem domeſticæ vitæ valere, ſcio.* Proinde oportet, ingeniis eorum quibuſcum agimus et moribus conſideratis, jocos uſurpare, idque eniti, ut abſque moleſtia et cum gratia colloquamur.

X. Amor autem cum alias, tum maxime in dicteriis ſummam habet varietatem: quæ aliis moleſta accidunt, alias grata. Cæterum hic obſervandum eſt tempus et locus. Sicut enim ignem initio reſtinguit ſpiritus, ob illius imbecillitatem, auctum autem nutrit atque roborat: ſic naſcens adhuc amor et latens, ſuccenſet iis qui ipſum detegunt: ubi eluxit et manifeſtatus eſt, alitur ſcommatibus, iiſque quaſi inflatus arridet. Gratiſſimum eſt amantibus, ſi amaſiis præſentibus iis per jocum ipſum amare objiciatur, aliud nihil. Tum ſi uxores ſuas diligunt, aut adoleſcentulos ingenuos, omnino

πᾶσι γάννυνται καὶ καλλωπίζονται τῷ σκώπτεσθαι πρὸς αὐτούς. Διὸ καὶ Ἀρκεσίλαος ἐν τῇ σχολῇ τοιαύτης μεταδόσεως αὐτῷ γενομένης ὑπό τινος τῶν ἐρωτικῶν. Δοκεῖ μοι μηδὲν ἅπτεσθαι μηδενός· ὁ δὲ, Σὺ τοίνυν, ἔφη, τοῦδε ἅπτῃ· δείξας τινὰ τῶν καλῶν καὶ ὡραίων παρακαθήμενον.

ια΄. Ἤδη δὲ καὶ τῶν παρόντων σκεπτέον. Ἃ γὰρ ἐν φίλοις καὶ συνήθεσιν ἀκούοντες γελῶσιν, ταῦτα δυσχεραίνουσιν ἂν λέγηται πρὸς αὐτοὺς τῆς γαμετῆς παρούσης, ἢ τοῦ πατρὸς, ἢ τοῦ καθηγητοῦ· πλὴν ἂν μή τι κεχαρισμένον ᾖ τὸ λεγόμενον ἐκείνοις. Οἷον ἄν τις σκώπτηται τοῦ φιλοσόφου παρόντος, εἰς ἀνυποδησίαν, ἢ νυκτο- B
γραφίαν· ἢ τοῦ πατρὸς ἀκούοντος, εἰς μικρολογίαν· ἢ τῆς γυναικὸς παρούσης, εἰς τὸ ἀνέραστον ἑτέρων, ἐκείνης δὲ δοῦλον καὶ θεραπευτικὸν, ὡς ὁ Τιγράνης ὑπὸ τοῦ Κύρου,

A. 3. μεταδόσεως] Mez. ὑποθέσεως. Forte, μεταξὺ θέσεως.

A. 7. τῶν παρόντων] Rectius legatur, τὸ τῶν παρόντων.

A. 10. ἂν μή τι—ἐκείνοις] Vulgo, ἂν μὴ καί τι κεχαρισμένον, ἢ τῶν λεγομένων ἐκείνοις. Sumſi μή τι ex Palat. ᾖ ex E. Baſ. Xyl. Mez. τὸ λεγόμενον ex T. et. Anon.

B. 3. ἑτέρων] Sic Ald. Baſ. Xyl. E. H. Palat. Vatic. Vulgo, ἑταίρων.

exſultant, eoque ſibi applaudunt, quod amor eorum ipſis facete objicitur. Atque hac de cauſa Arceſilaus, cum quidam in ſchola amori deditus hanc propoſuiſſet quæſtionem, Videtur mihi nulla res aliam rem tangere: *Atqui*, inquit, *tu hanc tangis*, demonſtrans formoſum quendam ephebum qui pone adſidebat.

XI. Quin et eorum qui interſunt ducenda eſt ratio. Nam quæ inter familiares et amicos audientes ridemus, ea ſi nobis dicantur uxore præſente, aut patre, aut præceptore, indignamur: niſi forte aliquid proferatur, quod ii quoque gratum habeant. Verbi gratia, ſi quis aliquem philoſopho præſente inceſſat cavillo, quod abſque calceis incedat, aut noctu ſcribat: vel patre audiente, parſimoniam: uxoris apud aures, quod alias non amet, ei ſoli obnoxius ſit atque ſerviat. Sic Tigranes

Τί δ', ἄν σε ἡ γυνὴ σκευοφοροῦντα ἀκούσῃ; Ἀλλ' οὐκ ἀκούσεται, εἶπεν, ὄψεται δὲ αὐτὴ παροῦσα.

ιβ'. Ποιεῖ δὲ τὰ σκώμματα ἀλυπότερα καὶ τὸ κοινωνεῖν ἀμωσγέπως τοὺς λέγοντας· ὅταν εἰς πενίαν λέγῃ πένης, ἢ δυσγενὴς εἰς δυσγένειαν, ἢ ἐρῶν εἰς ἐρῶντα· δοκεῖ δὲ οὐχ ὕβρει, παιδιᾷ δέ τινι γίνεσθαι μᾶλλον ἀπὸ τῶν ὁμοίων· εἰ δὲ μή, παροξύνει καὶ λυπεῖ. Τὸν γοῦν ἀπε-
C λεύθερον τοῦ βασιλέως, νεόπλουτον ὄντα, φορτικῶς δὲ καὶ σοβαρῶς ἐπιπολάζοντα τοῖς συνδειπνοῦσι φιλοσόφοις, καὶ τέλος ἐρωτῶντα, Πῶς ἔκ τε τῶν λευκῶν καὶ τῶν μελάνων κυάμων ὁμοίως χλωρὸν γίνεται τὸ ἔτνος, ἀντερωτήσας ὁ Ἀριδίκης, Πῶς ἐκ τῶν λευκῶν, καὶ μὴ λευκῶν ἱμάντων φοινικοῖ γίνονται μώλωπες, ἐποίησεν ἀναστῆναι περίλυπον γενόμενον. Ὁ δὲ Ταρσεὺς Ἀμφίας ἐκ κηπωροῦ δοκῶν γεγονέναι, σκώψας δὲ τὸν φίλον τοῦ ἡγεμόνος εἰς

B. 5. σε] Sic Xyl. E. H. Venet. Palat. Vatic. Vulgo, δέ.
B. 7. Ποιεῖ δὲ τὰ σκώμματα ἀλυπότερα] Ita E. H. Vulgo, poſt δὲ additum eſt ἀμπφότερα: pro quo Palat. habet ἀλυπότερα iterum; Vatic. ἀμπότερα: Amiot. et Mez. corrigunt ἀμεμπτότερα. At ἀλυπότερα plane deeſt in Ald. Baſ. Xyl. Venet.

Cyro interroganti, *Quid uxor tua aget, cum te inter calones haberi audiet?* reſpondit; *Non audiet, ſed coram videbit.*

XII. Ipſa etiam communicatio eorum quæ objiciuntur, dicteria facit tolerabiliora utcunque: ut cum in paupertatem pauper, in ignobilitatem ignobilis, in amorem amator, aliquid jacit: non enim per contumeliam, ſed joco videtur dici, quod a ſimili dicitur: alioquin irritat et moleſtiam adfert. Fuit quidam imperatoris libertus, recens ditatus: is una in convivio diſcumbentibus philoſophis aliquanto protervius et petulantius inſultans, quæſivit, *Quanam de cauſa e fabis, albis nigriſque, tamen pallida fieret puls:* viciſſim ex eo quærens Aridices, *Qui albis et non albis loris tamen puniceæ vibices incuterentur:* fecit ut homo gravi dolore ictus e convivio diſcederet. Amphias autem Tarſenſis, qui hortulano patre editus putabatur, cum præ-

δυσγένειαν, εἶτα ὑπολαβὼν εὐθὺς, Ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς ἐκ τῶν αὐτῶν σπερμάτων γεγόναμεν, γέλωτα ἐποίησε. Κομψῶς δὲ καὶ τοῦ Φιλίππου τὴν ὀψιμαθίαν ἅμα καὶ περιεργίαν ὁ ψάλτης ἐπέσχεν· οἰομένου γὰρ αὐτὸν ἐξελέγχειν τοῦ Φιλίππου περὶ κρουμάτων καὶ ἁρμονιῶν, Μὴ γένοιτό σοι, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, κακῶς οὕτως, ἵνα ἐμοῦ σὺ ταῦτα εἰδῇς βέλτιον· σκώπτειν γὰρ ἑαυτὸν δοκῶν, ἐκεῖνον ἀλύπως ἐνουθέτησε. Διὸ καὶ τῶν κωμικῶν ἔνιοι τὴν πικρίαν ἀφαιρεῖν δοκοῦσι τῷ σκώπτειν ἑαυτούς· ὡς Ἀριστοφάνης εἰς τὴν φαλακρότητα, καὶ τὴν Ἀγάθωνος * λίψιν· Κρατῖνος δὲ τὴν πυτίνην ἐδίδαξεν. D

ιγ΄. Οὐχ ἥκιστα δὲ δεῖ προσέχειν καὶ φυλάττειν ὅπως ἐκ τοῦ παρατυχόντος ἔσται τὸ σκῶμμα πρός τινας ἐρωτήσεις αὐτόθεν ἢ παιδιὰς γινόμενον, ἀλλὰ μὴ πόρ- E

D. 9. καὶ τὴν Ἀγάθωνος * λίψιν] Malui veterem omnium librorum lectionem revocare, quam repetere Turnebi commentum a Stephano invectum καὶ τὴν ἄγαν οἴνου δίψαν: quando illa conſtantem codicum auctoritatem, hæc non niſi conjecturæ ſpeciem habet. A Plutarcho ſcriptum arbitror, καὶ Ἀγάθων εἰς τὴν θρύψιν.

D. 10. πυτίνην ἐδίδαξεν] Inter hæc duo verba ſupplendum εἰς τὴν φιλοινίαν, vel ſimile. In Palat. quidem lacuna exſtat. Et hoc et ſuperius in Verſione reddidi.

fecti amico objiceret, quod nullis eſſet natalibus, ſtatim hæc ſubjecit, *Atqui et nos ex iiſdem nati ſumus ſeminibus*, fecit eo dicto, ut cooriretur riſus. Scite etiam pſaltes quidam Philippi ſero perceptam diſciplinam curioſitatemque inhibuit: nam cum rex eum reprehendere de quibuſdam modis et harmoniis vellet, *Abſit vero*, aiebat, *O rex*, *ut tam male tecum agatur*, *iſthæc uti melius me noris:* dum enim videbatur ſeipſum mordere, regem citra moleſtiam caſtigavit. Ideo etiam comicorum nonnulli dum ſeipſos quoque inſectantur, acerbitatem ſuam videntur deminuere: ut Ariſtophanes in calvitiem, Agathon in mollitiem: Cratinus quoque Pytinam fabulam in ſuam ipſe vinoſitatem docuit.

XIII. Id etiam diligenter eſt curandum, ut dicterium obiter et ſubito ad interrogationem jocumve alterius alicujus

ρωθεν, οἷον ἐκ παρασκευῆς, ἐπεισόδιον. Ὡς γὰρ ὀργὰς καὶ μάχας τὰς ἐκ τῶν συμποσίων πρᾳότερον φέρουσιν, ἐὰν δὲ ἐπελθών τις ἔξωθεν λοιδορῆται καὶ ταράττῃ, τοῦτον ἐχθρὸν ἡγοῦνται, καὶ μισοῦσιν· οὕτως μέτεστι συγγνώμης σκώμματι καὶ παῤῥησίας, ἂν ἐκ τῶν παρόντων ἔχῃ τὴν γένεσιν, ἀφελῶς καὶ ἀπλάστως φυόμενον· ἂν δὲ ᾖ μὴ πρὸς λόγον, ἀλλ' ἔξω, ἐπιβουλῇ καὶ ὕβρει προσέοικεν. Οἷον τὸ Τιμαγένους πρὸς τὸν ἄνδρα τῆς ἐμετικῆς, Κακῶν γὰρ
F ἄρχεις τήνδε Μοῦσαν εἰσάγων· καὶ πρὸς Ἀθηνόδωρον τὸν φιλόσοφον, Εἰ μουσικὴ ἡ πρὸς τὰ ἔκγονα φιλοστοργία. Ἡ γὰρ ἀκαιρία, καὶ τὸ μὴ πρὸς λόγον, ὕβριν ἐμφαίνει καὶ δυσμένειαν. Οὗτοι μὲν οὖν, κατὰ Πλάτωνα, κουφο-

E. 10. τῆς ἐμετικῆς] Ald. Baſ. Xyl. Venet. Palat. Vatic. præbuerunt τῆς pro vulgato γυναικός. Jannot. Amiot. Xyl. Steph. ἐμετικῆς, reliquis γαμετικῆς habentibus.

E. 10. Κακῶν γὰρ ἄρχεις τήνδε Μοῦσαν εἰσάγων] Sic Ald. Baſ. Xyl. E. Venet. Palat. Vatic. Vulgo, Κακῶν γὰρ τὴν δ' ἐμοῦσαν ἄρχεις εἰσάγων: quod a Jannot. ſumſit Steph.

F. 2. μουσικὴ ἡ πρὸς τὰ ἔκγονα] Primum in φυσικὴ mutandum cum Amiot. Anon. et Reiſkio: ἡ addidi e Palat. ἔκγονα, in reliquis omnibus deſideratum libris, ſumſit Stephanus a Turneb. Amiot. Anon.

aptetur, non longe repetitum et adſcitum cum apparatu videatur. Nam ſicut iras et pugnas in conviviis obortas facilius ferunt: ſi vero extrinſecus ſuperveniens aliquis turbas det vel convicia ingerat, eum pro inimico et odio habent: ita venia datur libertati ac dicacitati, ſi e re præſenti ſimpliciter et abſque faſtidio naſcatur. Si vero nihil ad ſermonem præſentem faciat, ſed alienum ſit, ſimile eſt inſidiis et contumeliæ ſcomma: quale illud Timagenis ad maritum mulieris vomere ſolentis,

Κακῶν κατάρχεις τήνδ' ἐμοῦσαν εἰσάγων.

cum poëta dixiſſet τήνδε μοῦσαν· et ad Athenodorum philoſophum, *An naturalis ſit amor prolis.* Quod enim intempeſtivum eſt, et ad inſtitutum non facit, id malevolentiæ et contumeliæ ſpeciem gerit: ac talia qui admittunt, ii ob orationem, rem leviſſimam, ut

πάτου πράγματος λόγων βαρυτάτην ζημίαν ἔτισαν· οἱ δὲ τὸν καιρὸν εἰδότες καὶ φυλάττοντες, αὐτῷ τῷ Πλάτωνι μαρτυροῦσιν, ὅτι τοῦ πεπαιδευμένου καλῶς ἔργον ἐστὶ τὸ παίζειν ἐμμελῶς καὶ κεχαρισμένως.

ait Plato, graviſſimam luunt pœnam. Qui autem opportunitatem norunt et obſervant, ii Platoni teſtimonium ferunt, qui dextre eruditi atque inſtituti opus eſſe ait, eleganter et gratioſe jocari.

635

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Β'.

Διὰ τί βρωτικώτεροι γίνονται περὶ τὸ μετόπωρον.

QUÆSTIO II.

Cur voraciores ſimus circa ſinem autumni.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΓΛΑΥΚΙΑΣ. ΞΕΝΟΚΛΗΣ. ΛΑΜΠΡΙΑΣ.
ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ. ΑΛΛΟΙ.

PERSONÆ COLLOQUII.

GLAUCIAS. XENOCLES. LAMPRIAS.
PLUTARCHUS. ALII.

ἘΝ Ἐλευσῖνι μετὰ τὰ μυστήρια τῆς πανηγύρεως ἀκμαζούσης, εἱστιώμεθα παρὰ Γλαυκίᾳ τῷ ῥήτορι. Πεπαυμένων δὲ δειπνεῖν τῶν ἄλλων, Ξενοκλῆς ὁ ἀδελφὸς, ὥσπερ εἰώθει, τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν Λαμπρίαν εἰς ἀδηφαγίαν Βοιώτιον ἐπέσκωπτεν. Ἐγὼ δ' ἀμυνόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ τὸν Ξενοκλέα, τοῖς Ἐπικούρου λόγοις χρώμενον, Οὐ γὰρ ἅπαντες, εἶπον, ὦ βέλτιστε, ποιοῦνται τὴν τοῦ ἀλγοῦντος

A. 13. ὁ ἀδελφὸς] Lego ὁ Δελφός· Certe Xenocles, nec Plutarchi, nec Glauciæ, frater habendus eſt.

ELEUSINE ſecundum myſteria, vigente tum maxime ſolenni cœtu, convivium apud Glauciam rhetorem agitabamus. Ibi cum cœnandi finem alii feciſſent, frater Xenocles more ſuo fratrem noſtrum Lampriam ſcommate ob voracitatem Bœoticam impetivit. Ego Epicuri placitis deditum, ipſis Epicuri verbis Xenoclem ultus, Non enim, aiebam, mi homo omnes finem voluptatis extremumque faci-

ὑπεξαίρεσιν, ὅρον ἡδονῆς καὶ πέρας· Λαμπρίᾳ δὲ καὶ B
ἀνάγκη περὶ τοῦ κήπου κυδαίνοντι τὸν περίπατον καὶ τὸ
Λύκειον, ἔργῳ μαρτυρεῖν Ἀριστοτέλει· φησὶ γὰρ ὁ ἀνήρ,
βρωτικώτατον ἕκαστον αὐτὸν αὑτοῦ περὶ τὸ φθινόπωρον
εἶναι· καὶ τὴν αἰτίαν ἐπείρηκεν· ἐγὼ δὲ οὐ μνημονεύω. Βέλ-
τιον· εἶπεν ὁ Γλαυκίας, αὐτοὶ γὰρ ἐπιχειρήσομεν ζητεῖν
ὅταν παυσώμεθα δειπνοῦντες. Ὡς οὖν ἀφῃρέθησαν αἱ
τράπεζαι, Γλαυκίας καὶ Ξενοκλῆς ᾐτιάσαντο τὴν ὀπώραν
διαφόρως· ὁ μὲν ὡς τὴν κοιλίαν ὑπεξάγουσαν, καὶ τῷ
κενοῦσθαι τὸ σῶμα νεαρὰς ὀρέξεις ἀεὶ παρασκευάζουσαν·
ὁ δὲ Ξενοκλῆς ἔλεγεν, εὔστομόν τι καὶ δηκτικὸν ἔχοντα τῶν
ὡραίων τὰ πλεῖστα τὸν στόμαχον ἐπὶ τὴν βρῶσιν ἐκ- C
καλεῖσθαι παντὸς μᾶλλον ὄψου καὶ ἡδύσματος, καὶ γὰρ
τοῖς ἀποσίτοις τῶν ἀῤῥώστων ὀπώρας τι προσενεχθὲν ἀνα-
λαμβάνει τὴν ὄρεξιν. Ὁ δὲ Λαμπρίας εἶπεν, Ὅτι τὸ οἰ-
κεῖον καὶ τὸ σύμφυτον θερμὸν ἡμῶν, ᾧ τρέφεσθαι πέφυκα-

B. 5. οὐ μνημονεύω] Sic Palat. Vulgo, οὐδὲ μνημονεύω: unde quis faciat οὐ διαμνημονεύω.

B. 9. ὡς τὴν κοιλίαν] Sic Xyl. Baſ. Leonic. Schott. Mez. Vulgo, εἰς τὴν κοιλίαν.

unt privationem omnis doloris. Lampriæ autem, qui Peripatum et Lyceum horto Epicuri præfert, neceſſe eſt Ariſtoteli teſtimonium perhibere. Is vero unumquemque ſeipſo edaciorem eſſe circa extremum autumnum aſſerit; cauſamque rei adponit, quam ego non memini. Bene eſt, inquit Glaucias: ipſi enim abſoluta cœna eam quæremus. Remotis menſis Glaucias et Xenocles diverſas autumno cauſas imputaverunt: ille, quod alvum ſubducens vacuando corpore ſubinde novos crearet appetitus: hic, quod maturi plerique fructus acrimonia quadam et vi vellicandi præditi, ſtomachum quovis opſonio atque condimento magis ad cibi appetitionem provocarent; quando etiam qui inedia laborant, pomo aliquo guſtato concupiſcentiam cibi recuperant. Lamprias autem dixit, innatum nobis ca-

μενον, ἐν μὲν τῷ θέρει διεσπάρθαι, καὶ γέγονεν ἀσθενέστερον καὶ μανόν, ἐν δὲ τῷ φθίνοντι καιρῷ συναγείρεται πάλιν καὶ ἰσχύει, κατακρυπτόμενον ἐντὸς διὰ τὴν περίψυξιν καὶ τὴν πύκνωσιν τοῦ σώματος. Ἐγὼ δὲ, ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν ἀσύμβολος τοῦ λόγου μετασχεῖν, εἶπον, Ὅτι τοῦ θέρους διψητικώτεροι γινόμεθα, καὶ πλείονι χρώμεθα τῷ ὑγρῷ, διὰ τὸ καῦμα· νῦν οὖν ἡ φύσις ἐν τῇ μεταβολῇ ζητοῦσα τοὐναντίον, ὥσπερ εἴωθεν, πεινητικωτέρους
D ποιεῖ, καὶ τὴν ξηρὰν τροφὴν τῇ κράσει τοῦ σώματος ἀνταποδίδωσιν. Οὐ μὴν οὐδὲ τὰ σιτία φήσαι τις ἂν αἰτίας ἀμοιρεῖν παντάπασιν, ἀλλ' ἐκ νέων καὶ προσφάτων γενόμενα καρπῶν, οὐ μόνον μάζας καὶ ὄσπρια καὶ ἄρτους καὶ πυροὺς, καὶ κρέα ζώων εὐωχουμένων τὰ ἐπέτεια, τοῖς τε χυμοῖς διαφέρειν τῶν παλαιῶν, καὶ μᾶλλον ἐπάγεσθαι τοὺς χρωμένους καὶ ἀπολαύοντας.

D. 6. διαφέρειν] Sic Baſ. Xyl. Mez. Vulgo, διαφέρει.

lorem, quo alimur, per æſtatem diſperſum, imbecilliorem eſſe et rarum: eum autem ſub autumni exitum colligi, ac viribus augeri, intus occultatum ob frigus circumdatum et denſationem corporis. Ego, ne aſymbolus interfuiſſe diſputationi viderer, dixi, Æſtate nos magis ſiticuloſos eſſe, pluſque humoris ſumere ob æſtum: hoc autem tempore naturam in mutatione more ſuo contrarium quærentem, nos magis famelicos reddere, alimentumque ſiccum temperiei corporis reddere. Sed et cibos non plane cauſa hujus rei vacare; nam quæ e novis et recentibus fiunt fructibus, non mazæ modo, legumina, panes, triticum, ſed et carnes animalium ipſo hoc anno natorum quæ eduntur, ſuccis a veteribus differre magiſque allicere veſcentes ſolent.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Γʹ.

Πότερον ἡ ὄρνις πρότερον ἢ τὸ ὠὸν ἐγένετο.

QUÆSTIO III.

Gallina priuſne fuerit, an ovum.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ. ΣΥΛΛΑΣ. ΦΙΡΜΟΣ. ΣΟΣΣΙΟΣ. ΣΕΝΕΚΙΩΝ. ΑΛΛΟΙ.

PERSONÆ COLLOQUII.

PLUTARCHUS. ALEXANDER. SYLLA. FIRMUS. SOSSIUS. SENECIO. ALII.

αʹ. ἘΞ ἐνυπνίου τινὸς ἀπειχόμην ὠῶν πολὺν ἤδη E
χρόνον, παρὰ τοῦτο ποιούμενοι, ἐν ὠῷ, καθάπερ ἐν καρδίᾳ πεῖραν λαβεῖν τῆς ὄψεως ἐναργῶς μοι πολλάκις γενομένης· ὑπόνοιαν μέντοι παρέσχον, ἑστιῶντος ἡμᾶς

indeque opinionem apud multos exſtitiſſe, non monſtrari, ſed generari tubera a tonitru: perinde ac ſi quis cochleas putet facere imbrem, non præcedere et indicium ejus eſſe. Agemachus autem rem veram eſſe contendebat, poſtulabatque ne quod mirabile eſſet, ideo fides ei derogaretur. Habent enim, aiebat, multa etiam alia fulmen et tonitru, eorumque præmonſtrationes, miracula, quorum aut omnino nequeunt cognoſci, aut difficulter intelliguntur cauſſæ. Etenim qui rideri ſolet, proverbioque materiam dedit bulbus iſte, non parvitate ſua fulmen effugit, ſed quod vim habet ei adverſantem: ſicut ficus etiam, et vituli marini pellis, ut fertur, atque hyænæ, quibus extrema velorum inducunt navicularii. Aquas etiam quæ inter fulgura decidunt, agricolæ et putant eſſe et nominant incrementis idoneas. Atque omnino ſtultum eſt iſta mirari, cum in iſtis rebus ea vi-

πάθεσι τούτοις καθορῶντας, ἐκ μὲν ὑγρῶν φλόγας, ἐκ δὲ
μαλακῶν νεφελῶν ψόφους σκληροὺς ἀναδιδομένους. Ταῦ-
τα δὲ, εἶπεν, ἀδολεσχῶ, παρακαλῶν ὑμᾶς ἐπὶ τὴν ζή-
τησιν τῆς αἰτίας, ἵνα μὴ πικρὸς γένωμαι συμβολὰς τῶν ὕδ-
νων πραττόμενος.

β'. Αὐτὸν μὲν οὖν, ἐγὼ ἔφην, τρόπον τινὰ τῷ λό-
γῳ δεξιὰν ὀρέγειν τὸν Ἀγέμαχον· οὐδὲν γὰρ ἔν γε τῷ παρ-
όντι φαίνεσθαι πιθανώτερον, ἢ ὅτι ταῖς βρονταῖς πολ-
λάκις ὕδωρ συνεκπίπτει γόνιμον. Αἰτία δὲ ἡ τῆς θερμό-
τητος ἀνάμιξις· τὸ μὲν γὰρ ὀξὺ καὶ καθαρὸν τοῦ πυρὸς
ἄπεισιν ἀστραπὴ γενόμενον, τὸ δὲ ἐμβριθὲς καὶ πνευματώ- E
δες ἐνειλούμενον τῷ νέφει καὶ συμμεταβάλλον, ἐξαίρει τὴν
ψυχρότητα, καὶ συνεκπίνει τὸ ὑγρόν· ὥστε μάλιστα τὸ
προσηνὲς ἐνδύεσθαι τοῖς βλαστάνουσι, καὶ ταχὺ παχύνειν.
Ἔτι δὲ καὶ κράσεως ἰδιότητα, καὶ χυμοῦ διαφορὰν ἐμ-

E. 1. ἄπεισιν] Sic diſerte H. Palat. Leonic. Anon. Xyl. T. V. Mez. Alii proxime αἴπεισιν, E. Venet. Vatic. Schott. Vulgo Steph. Ald. Baſ. ἔπεισιν.

E. 3. συνεκπίνει] Magis placet conjectura Mez. συμπιαίνει: niſi forte συνεκπίπτει verum ſit.

deamus evenire, quæ omnium minime ſunt credibilia: ſcilicet ex humidis flammam emicare, e mollibus nubibus aſperos ſonitus edi. Hæc ego, aiebat, nugor, vos ad cauſſæ indagationem exhortans; ne videar moroſus, dum pro tuberibus ſymbola exigo.

II. Tum ego ita ſum locutus, Videtur mihi Agemachus ipſe dextram porrexiſſe diſputationi. Nihil enim in præſentia videtur probabilius, quam inter tonandum multum aquæ genitabilis decidere. Cauſſa eſt admixtio caloris. Nam ignis quod eſt acutum et purum, id in fulgur abit: pars vero gravior et ſpiritu prædita, involuta in nube, eam mutat, ac frigore expulſo humorem tepefacit; unde aqua admodum lenis incidit in ſtirpes, et mox craſſeſcendi cauſſa eſt. Sed et peculiarem temperiem, ſaporemque peculiarem iſta com-

ποιεῖν τὰ τοιαῦτα τοῖς ἀρδομένοις· ὥσπερ αἵ τε δρόσοι γλυκυτέραν ποιοῦσι τοῖς θρέμμασι τὴν πόαν, καὶ τὴν ἶριν ἐξανθοῦντα
F νέφη καθ' ὧν ἂν ἐπερείσῃ ξύλων, εὐωδίας ἀναπίμπλησι· καὶ ταύτῃ γνωρίζοντες οἱ παρ' ἡμῖν ἱερεῖς αὐτὰ καλοῦσι, τὴν ἶριν ὑπολαμβάνοντες ἐπισκήπτειν. Πολλῷ δὲ μᾶλλον εἰκός ἐστι τοῖς ἀστραπαίοις καὶ κεραυνίοις ὕδασι, καὶ πνεύμασι, καὶ θερμότησιν εἰς βάθος ἐλαυνομέναις, τὴν γῆν στρέφεσθαι, καὶ συστροφὰς ἴσχειν τοιαύτας καὶ χαυνότητας, ὥσπερ ἐν τοῖς σώμασι τὰ χοιραδώδη καὶ ἀδενώδη φύματα θερμότητές τινες καὶ ὑγρότητες αἱματώδεις ἐνδημιουργοῦσιν. Οὐ γὰρ ἔοικε φυτῷ τὸ ὕδνον, οὐδὲ ἄνευ ὕδατος
665 ἔχει τὴν γένεσιν, ἀλλὰ ἄῤῥιζον καὶ ἀβλαστὲς ἔτι καὶ ἀπολελυμένον, τῷ καθ' ἑαυτὸ σύστασιν ἐκ τῆς γῆς ἔχειν

E. 7. *καὶ τὴν ἶριν—καλοῦσι*] Primum corrigo, *καὶ τὰ τὴν ἶριν ἐξανθοῦντα νέφη καθ' ὧν περ ἂν ὕσῃ ξύλων*. Tum *ἱερεῖς αὐτὰ* mutandum cum Salmaſio in *ἐρίσκηπτα*, nam ita ſcriptum in ejus exempli margine, non *ἐρίσκηπτα* ut Reiſk. edidit. Ergo non opus cum Xyl. et Mez. pro *καλοῦσι* ſcribere *καίουσι*.

F. 3. Πολλῷ] Sumſi a Xyl. et Mez. pro vulgato Πολλῶν.

F. 9. *ἔοικε φυτῷ—ἑαυτὸ σύστασιν*] Sic Steph. ex Amiot. et Exempl. Turneb. Omnes alii libri *ἔοικε* * *τῷ τὸ ὕδνον, οὐδὲ ἄνευ ὕδατος ἔχει τὴν γένεσιν ἀλλ' ἄριζον καὶ* * *τὲς ἔτι καὶ ἀπολελυμένον τῷ καθ' ἑαυτὸ τὴν στάσιν*. In ultimis tantum diſſentit Baſ. et Xyl. *τῷ καθ' ἑαυτὴν στάσιν*. Unius Flor. excerpta nil a recepta lectione diverſum habent: vere necne, haud dicam.

plutis aqua infert: quo pacto et ros ſuavius pecori pabulum reddit; et arcus cœleſtis in qua nube elucet, ea ſoluta lignis fragrantiæ plurimum inſerit: eoque indicio ſiſi noſtri ſacerdotes iſta cremant, in quæ nubem iridis putant defluxiſſe. Multo autem magis probabile eſt fulguralibus et fulminalibus aquis, ſpiritibus, et caloribus alte penetrantibus terram converti, itaque laxari et hiare, quomodo calores quidam et humores ſanguinei in corpore tubercula glandoſa et ſtrumas efficiunt. Non enim videtur planta tuber, neque ſine aqua generatur, ſed radicibus et germine caret, eſtque adhuc ſolutum quippe per ſe natum ex terra aliquo modo

παθούσης τι καὶ μεταβαλούσης. Εἰ δέ γε γλίσχρος, ἔφην, ὁ λόγος ὑμῖν δοκεῖ, τοιαῦτά τοι τὰ πλεῖστα τῶν βρονταῖς καὶ κεραυνοῖς συνεπομένων· διὸ καὶ μάλιστα τοῖς πάθεσι τούτοις δόξα θειότητος πρόσεστι.

γʹ. Παρὼν δὲ ὁ ῥήτωρ Δωρόθεος, Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις· οὐ γὰρ μόνον οἱ πολλοὶ καὶ ἰδιῶται τοῦτο πεπόνθασιν, ἀλλὰ καὶ τῶν φιλοσόφων τινές. Ἐγὼ γοῦν οἶδα, κεραυνοῦ παρ' ἡμῖν εἰς οἰκίαν ἐμπεσόντος, καὶ πολλὰ θαυμαστὰ δράσαντος, (οἶνόν τε γὰρ ἐκ πίθων διεφόρησε, τοῦ κεράμου μηδὲν παθόντος· ἀνθρώπου τε καθεύδοντος διαπτάμενος, B
οὔτε αὐτὸν ἠδίκησεν, οὔτε τῆς ἐσθῆτος ἔθιγε, ζώνην δὲ χαλκοῦς ἔχουσαν ὑπεζωσμένου διέτηξε τὸ νόμισμα πᾶν καὶ συνέχεεν,) φιλοσόφῳ δὲ παρεπιδημοῦντι Πυθαγορικῷ προσελθόντα, καὶ διαπυνθανόμενον· τὸν δὲ ἀφοσιωσάμενον, καὶ κελεύσαντα καθ' ἑαυτὸν ὁρᾶν καὶ προσεύχεσθαι

B. 3. ὑπεζωσμένου—τὸ νόμισμα πᾶν] Sic T. V. Anon. Mez. In συνέχεεν etiam conſentit Palat. Vulgo, ὑπεζωσμένους δ. τὸ νο* μα πᾶν καὶ συνέχειεν.
B. 6. καθ' ἑαυτὸν] Rectius Mez. τὰ καθ' ἑαυτόν.

affecta et mutata. Quod ſi vobis hæc ratio videtur exilis, talia tamen ſunt pleraque tonitrubus et fulminibus comitantia: itaque hiſce affectionibus maxime opinio quædam divinitatis adeſt.

III. Aderat tum una rhetor Dorotheus. Is, recte, inquit, dicis. Non enim duntaxat vulgo et indoctis ea eſt, ſed etiam quibuſdam philoſophis, opinio. Ipſe memini apud nos fulmen incidiſſe in domum, et multa mirabilia feciſſe: (nam vinum e doliis illæſis conſumſit: et hominem dormientem tranſvolavit, neque ipſum lædens, neque veſtem tangens: cumque cinctus eſſet cingulo continente æneam pecuniam, fulmen nummos illos confudit et colliquavit) igitur, hunc hominem acceſſiſſe ad Philoſophum Pythagoricum, qui tum ibi peregrinabatur, ab eoque cauſſam quæſiviſſe: is autem abominatus rem, ipſum pro ſe juſſit diſpicere, ac diis vota facere.

τοῖς θεοῖς. Ἀκούω δὲ, καὶ στρατιώτου φυλάττοντος ἱερὸν ἐν Ῥώμῃ κεραυνὸν ἐγγὺς πεσόντα, διακαῦσαι τῶν ὑποδημάτων τοὺς ἱμάντας, ἄλλο δὲ μηδὲν κακὸν ἐργάσασθαι· καὶ λυχνίων ἀργυρῶν ξυλίνοις ἐγκειμένων ἐλύ-
C τροις τὸν μὲν ἄργυρον συνιζῆσαι τακέντα, τὸ δὲ ξύλον ἄθικτον καὶ ἀπαθὲς εὑρεθῆναι. Καὶ ταῦτα μὲν ἔξεστι πιστεύειν, καὶ μή· πάντων δὲ θαυμασιώτατον, ὃ πάντες ὡς ἔπος εἰπεῖν ἴσμεν, ὅτι τῶν ὑπὸ κεραυνοῦ διαφθαρέντων ἄσηπτα τὰ σώματα διαμένει. Πολλοὶ γὰρ οὔτε καίουσιν, οὔτε κατορύττουσιν, ἀλλ' ἐῶσι περιφράξαντες, ὥστε ὁρᾶσθαι τοὺς νεκροὺς ἀσήπτους ἀεί· τὴν Εὐριπίδου Κλυμένην ἐλέγχοντας, ἐπὶ τοῦ Φαέθοντος εἰποῦσαν,

—— φίλος δέ μοι,
Ἀλλ' οὗτος ἐν φάραγγι σήπεται νέκυς.

Ὅθεν οἶμαι καὶ τὸ θεῖον ὠνομάσθαι τῇ ὁμοιότητι τῆς ὀσμῆς,
D ἣν τὰ παιόμενα τοῖς κεραυνοῖς ἀφίησιν ἐκτεθειουμένην

B. 10. ἐγκειμένων] Sic Mez. Baſ. Xyl. Exempl. Turneb. Reiſk. Vulgo, ἐγκειμένοις.
C. 10. Ἀλλ' οὗτος] Ita omnes libri. Muſgrav. corrigit Ἄλυτος.

Audio etiam fulmen prope militem, qui templum Romæ cuſtodiebat, decidiſſe, calceorumque aduſtis loris, nullum aliud maleficium intuliſſe: et cum argentei caliculi in ligneis repoſiti eſſent operculis, lignum incolume argentum colliquatum fuiſſe inventum. Hæc vel credas licet, vel non credas. Id omnium maxime mirum eſt, quod omnes fere compertum habemus, corpora de cœlo tactorum putredinis expertia perdurare. Multi enim ea neque cremant, neque defodiunt, ſed ſepimento circumdata relinquunt: ut videantur perpetuo putredinis vacua, et Euripideam Clymenem refellant, quæ de Phaëthonte dicit,

—— carus ille nunc mibi
Aliqua in convalle computreſcit mortuus.

Sulfur quoque *theion*, (id eſt *divinum*,) inde puto nominatum, ob ſimilitudinem odoris ignei et acris, quem edunt

πυρώδη καὶ δριμεῖαν· ὑφ' ἧς ἐμοὶ δοκοῦσι καὶ κύνες καὶ ὄρνιθες ἀπέχεσθαι τῶν διοβλήτων σωμάτων. Ἐμοὶ γὰρ ἄχρι τούτου τῆς αἰτίας, ὥσπερ δάφνης, παρατετάχθω· τὰ δὲ λοιπὰ, τοῦτον ἔφη παρακαλῶμεν· ἐπεὶ καὶ τοῖς ὕδνοις ἐνευημέρηκεν· ἵνα μὴ πάθωμεν τὸ τοῦ Ἀνδροκύδου. Ἐκεῖνος γὰρ ὧν ἐποίησε πάντων ἐναργέστερα καὶ κάλλιστα τοὺς περὶ τὴν Σκύλλαν ἰχθῦς ζωγραφήσας, ἔδοξε τῷ πάθει μᾶλλον ἢ τέχνῃ κεχρῆσθαι· φύσει γὰρ ἦν φίλοψος· οὕτω φησεί τις καὶ ἡμᾶς ὑπὸ ἡδονῆς φιλοσοφήσαντας περὶ τῶν E
ὕδνων ἀμφισβητήσιμον ἐχόντων τὴν γένεσιν, ὡς ὁρᾷς. Ἐν δὲ τούτοις ὑποκειμένης τῷ λόγῳ τῆς εὐπειθείας, καὶ τὴν αἰτίαν προδήλῳ τῷ εἶναι πειθούσης.

δ'. Ἐμοῦ δὲ παρακελευομένου, καὶ λέγοντος καιρὸν

D. 3. Ἐμοὶ γὰρ—παρατετάχθω] Legendum Ἐμοὶ μὲν—παρατετρώχθω: ut et Reiſk. vidit.

D. 7. ἐναργέστερα—φιλοσοφήσαντας] Legendum ἐναργέστατα ex Anon. Mez. Mox κεχρῆσθαι pro χρῆσθαι ſumtum ex H. Venet. Flor. Palat. Vatic. Tum φησεί τις ex Anon. Mez. Exempl. Turneb. Denique corrigam φιλοσοφῆσαι τὰ περὶ τῶν ὕδνων ὡς ἀμφισβήτησιμον &c.

E. 2. γένεσιν, ὡς ὁρᾷς—πειθούσης] Corrigendum puto: γένεσιν. Ἐν δὲ τούτοις ὁρᾷς, ὑποκειμένης τῷ λόγῳ τῆς εὐπρεπείας, καὶ τὴν αἰτίαν, τῷ μὴ πρόδηλον εἶναι, πειθουσαν. Ita verti.

E. 5. παρακελευομένου—καιρὸν] Forte παραιτουμένου—ἄκαιρον: vel πρὸς αὐτὸν παρακελευόμενον λέγοντος, ἄκαιρον—.

icta fulmine corpora: ob quem puto canes etiam aveſque abſtinere cadaveribus fulmine percuſſorum. Huc uſque ego cauſſam, ut laurum, arroſero. Reliqua hunc jubeo dicere, quandoquidem luculente dixit de tuberibus: ne idem nobis accidat atque Androcydi, cujus inter omnia opera laudem obtinuerunt piſces circa Scyllam picti: creditusque eſt, ut qui impenſe piſcibus delectaretur, magis hac animi adfectione, quam arte ibi fuiſſe uſus: ne inquam nos quoque aliquis dicat voluptate inductos de tuberibus diſputare, tamquam habentibus controverſam generationem. At in argumento, quod tibi pono, de fulmine, vides ineſſe cum honeſtate etiam obſcuritatem cauſſæ, quæ ad diſputandum alliciat.

IV. Ego quum recuſarem quæſtionem, ac monerem tem-

τῇ), καθάπερ ἐν κωμῳδίᾳ μηχανὰς αἴροντας καὶ βροντὰς ἐμβάλλοντας, περὶ πότον διαλέγεσθαι περὶ κεραυνῶν· τὰ μὲν ἄλλα παρίεσαν ὁμολογοῦντες, περὶ δὲ τοῦ ἐν τοῖς καθεύδουσι μὴ κεραυνουμένων ἀκοῦσαί τι βουλόμενοι λιπαρεῖς ἦσαν. Ἐμοὶ δὲ πλεῖον οὐδὲν ἐγίνετο τῆς αἰτίας ἀψαμένῳ κοινὸν ἐχούσης τὸν λόγον· ὅμως δ' οὖν, ἔφην,
F ὡς, Τὸ κεραύνιον πῦρ ἀκριβείᾳ καὶ λεπτότητι θαυμαστόν ἐστιν, αὐτόθεν περὶ τὴν γένεσιν ἐκ καθαρᾶς καὶ ἁγνῆς ἔχον οὐσίας, καὶ πᾶν εἴ τι συμμίγνυται νοτερὸν ἢ γεῶδες αὐτῷ τῆς περὶ τὴν κίνησιν ὀξύτητος ἀποσειομένης καὶ διακαθαιρούσης. Διόβλητον μὲν οὐδὲν, ὥς φησι Δημόκριτος, * παρ' αἰθρίης στέγειν σέλας. Τὰ μὲν οὖν πυκνὰ τῶν σωμάτων, χαλκὸς, ἄργυρος, * ἀποστέγει καὶ φθείρεται, καὶ τήκεται πάσχοντα τῷ προσμάχεσθαι καὶ ἀντερείδειν· τῶν δὲ ἀραιῶν καὶ πολυπόρων καὶ χαλώντων ὑπὸ μανότητος, ἀ-

F. 2. περὶ τὴν γένεσιν &c.] περὶ delendum cum Mez. Mox, forte legendum Δημόκριτος, ὃ μὴ τὸ παρ' αἰθρίης στέγει σέλας. Proximam lacunam Mez. explet voce χρυσός. Ante χαλκὸς item lacunam in libris Stephanus contraxit: at T. V. Amiot. utramque ita explerunt, σίδηρος, χαλκὸς, ἄργυρος, χρυσὸς, ἀποστέγει—.

peſtivum non eſſe, ut quemadmodum in comœdia ſuo tempore machina tollitur, et tonitrua eduntur, ita hic etiam in convivium nos de fulminibus diſputationem introduceremus: in id conſenſere, ut reliqua omitterentur: de cauſſa tamen, ob quam dormientes fulmine non ferirentur, audire ſe aliquid percupere oſtenderunt. Ego tametſi nihil proficerem, cauſſa attingenda, cujus communis eſt ratio, tamen ita fere dixi. Fulminis ignis mirabili eſt ſubtilitate atque tenuitate, quam ſtatim a prima origine habet ex pura et ſincera ſubſtantia, et quidquid ei humidum aut terreſtre admiſcetur, id ſui motus celeritate excutit atque expurgat. *Nihil de cœlo tactum*, ut ait Democritus, *quin cohibeat puri ætheris jubar.* Proinde corpora denſa ut æs, ut argentum, et horum ſimilia fulmen excipiunt, corrumpun-

ψαυστὶ διεκθεῖ, καθάπερ ἱματίων καὶ ξύλων αὔων· τὰ δὲ 666
χλωρὰ καίει, τῆς ὑγρότητος ἀντιλαμβανομένης καὶ συν-
εξαπτομένης. Εἴπερ οὖν τὸ τοὺς καθεύδοντας μὴ ἀπο-
θνήσκειν ὑπὸ κεραυνῶν ἀληθές ἐστιν, ἐνταῦθα δεῖ ζη-
τεῖν, οὐκ ἀλλαχόθι, τὴν αἰτίαν. Μᾶλλον γὰρ ἔρρωται καὶ
συνέστηκε καὶ ἀντερείδει τὰ σώματα τῶν ἐγρηγορότων, ἅτε
δὴ πᾶσι τοῖς μέρεσι πεπληρωμένα πνεύματος· ὑφ' οὗ
καὶ τὰς αἰσθήσεις ἐπιστρέφοντος, ὥσπερ ἐν ὀργάνῳ, καὶ σφίγ-
γοντος, εὔτονον γέγονε καὶ συνεχὲς αὐτῷ καὶ πυκνὸν τὸ ζῷ-
ον. Ἐν δὲ τοῖς ὕπνοις ἐξανεῖται, καὶ μανὸν, καὶ ἀνώμα-
λον, καὶ ἄτονον, καὶ διακεχυμένον, καὶ πόρους ἔσχηκε B
πολλοὺς, τοῦ πνεύματος ἐνδιδόντος καὶ ἀπολείποντος,
δι' ὧν φωναί τε καὶ ὀσμαὶ διεκθέουσι, μηδεμίαν αἴσθησιν
ἑαυτῶν παρέχουσαι. Τὸ γὰρ ἀντερεῖδον, καὶ τῷ ἀν-
τερείδειν πάσχον, οὐκ ἀπαντᾷ τοῖς προσφερομένοις· ἥ-
κιστα δὲ τοῖς ὑπὸ λεπτότητος καὶ ὠκύτητος τοιαύτης,
ὥσπερ ὁ κεραυνὸς, διϊσταμένοις. Τὰ μὲν γὰρ ἧττον ἰσχυρὰ

B. 7. διϊςαμένοις] Rectius ſit διϊπταμένοις ut T. V. Anon.

turque et liqueſcunt; eo quod repugnant atque reſiſtunt. At per rara, multis hiantiaque meatibus, ob laxitatem eorum ſine tactu diſcurrit fulmen, ut per veſtes et arida ligna: idem viridia urit, arreptum ab humore, eoque incenſo. Ergo ſi verum, dormientes fulmine haud necari, hic quærenda eſt cauſſa, non alibi. Magis enim firma ſunt, et ſolida, atque reſiſtunt corpora vigilantium, utpote omnibus partibus ſpiritu oppletis: quo etiam ſenſus intendente tanquam in inſtrumento et conſtringente, validum fit et ſecum continens denſumque animal. Idem corpus in ſomnis laxatur, rarum fit et inæquale, imbecillum, ac diffuſum, multiſque reſeratur meatibus, ſpiritu remittente ac deſerente: unde etiam voces odoreſque excurrunt nullo ſui ſenſu præbito. Quod enim renititur, renitendoque patitur, non occurrit iis quæ offeruntur: minime autem iis, quæ ob tenuitatem et celeritatem talem, qualis eſt fulminis, diſſipantur. Nam

δυσπαθείαις ἡ φύσις ἀμύνεται, σκληρότησι περιβαλλομένη καὶ πυκνότησιν· ὧν δὲ ἄμαχος ἡ δύναμίς ἐστιν, ὑπὸ τούτων ἧττον ἀδικεῖται τὰ εἴκοντα τῶν ἀνθισταμένων. Προσλαβὲ δὲ τούτοις, ἔφην, ἐπὶ μικρὰν ἔκπληξιν πρὸς τὰ τοιαῦτα, καὶ φόβον καὶ τάρβος, ὑφ' ὧν
C πολλοὶ μηδὲν ἄλλο παθόντες αὐτῷ τῷ δεῖσαι ἀποθανεῖν, ἀπέθανον. Καὶ γὰρ τὰ θρέμματα διδάσκουσι βροντῆς γενομένης οἱ ποιμένες εἰς ταὐτὸ συνθεῖν καὶ συννεύειν· τὰ γὰρ σποράδην ἀπολειφθέντα, διὰ τὸν φόβον ἐκτιτρώσκει. Καὶ μυρίους ἤδη τεθνηκότας ἰδεῖν ἐστιν ὑπὸ βροντῆς, οὐδὲν οὔτε πληγῆς ἴχνος οὔτε καύσεως ἔχοντας· ἀλλ' ὑπὸ φόβου τῆς ψυχῆς, ὡς ἔοικεν, ὄρνιθος δίκην ἀποπταμένης τοῦ σώματος.

Πολλοὺς γὰρ ——

ὡς ὁ Εὐριπίδης φησίν,

—— βροντῆς πνεῦμα ἄναιμον ὤλεσε.

B. 11. μικρὰν] Immo contrarium quid, οὐ μικρὰν, aut potius ἰσχυράν. Proxime, καὶ φόβον, omiſſum a Steph. revocavi ex Ald. Baſ. Xyl. E. H. Venet. Flor. Palat. Vat.

quæ minus ſunt valida, ea munit natura duritie aliqua aut denſitate, ut non facile patiantur: quarum vero inexpugnabilis eſt vis, ab his minus læduntur quæ cedunt, quam quæ reſiſtunt. Huc accedit etiam conſternatio, quæ fulminibus ingruentibus inceſſit, ac metus et pavor: ob quæ multi nihil aliud paſſi, mortem metuendo ſunt mortui. Itaque tonitru oborto paſtores condocefaciunt pecus ut in unum concurrant, ſeque invicem applicent: nam quæ palantur a reliquis avulſæ oves, abortum faciunt. Et innumeros videre eſt mortuos tonitru, in quibus nullum ictus aut aduſtionis apparet veſtigium: quod nimirum præ metu anima eorum e corpore avis inſtar evolaſſet. *Multos enim exanimavit ventus tonitrui*, ut ait Euripides. Nam

Καὶ γὰρ ἄλλως τῶν αἰσθητηρίων ἡ ἀκοὴ παθητικώτατόν ἐστι, καὶ μεγίστας οἱ διὰ ψόφου θόρυβοι καὶ φόβοι ταραχὰς D ἐπιφέρουσιν· ὧν τῷ καθεύδοντι πρόβλημα τὸ ἀναίσθητόν ἐστιν· οἱ δὲ ἐγρηγορότες, καὶ ταῖς προπαθείαις ἀναλίσκονται, καὶ, τοῦ δέους τὸ σῶμα συνδέοντος, ὡς ἀληθῶς, καὶ συνάγοντος καὶ πυκνοῦντος, ἰσχυρὰν ποιοῦσι τὴν πληγὴν τῷ ἀντερείδειν.

alias quoque de omnibus ſenſibus auditus facillime afficitur, perturbationeſque et metus a ſtrepitu orti, quam maxime animum exagitant: contra quos dormienti ſtupor præſidio eſt. Vigilantes cum præſenſione exanimantur, tum metu corpus re vera conſtringente et denſante, ictum reſiſtendo faciunt validiorem.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Γ'.

Διὰ τί πλείστους ἐν γάμοις ἐπὶ δεῖπνον καλοῦσιν.

QUÆSTIO III.

Cur in nuptiis plurimi ad cœnam vocentur.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΣΟΣΣΙΟΣ ΣΕΝΕΚΙΩΝ. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ. ΘΕΩΝ.

PERSONÆ COLLOQUII.

SOSSIUS SENECIO. PLUTARCHUS. THEON.

α'. ΈΝ τοῖς Αὐτοβούλου τοῦ υἱοῦ γάμοις συνεώρταζεν ἡμῖν παρὼν ἐκ Χαιρωνείας ὁ Σόσσιος Σενεκίων, καὶ πολλῶν ἄλλων τε τῇ τότε ἑορτῇ μάλα πρεπόντων παρέσχεν ἀφορμὰς, καὶ περὶ τῆς αἰτίας δι' ἣν πλεῖστοι τῶν ἄλλων ἐπὶ
E τὰ γαμικὰ δεῖπνα παραλαμβάνονται, διηπόρησε. Καὶ γὰρ τῶν νομοθετῶν τοὺς τῇ πολυτελείᾳ κατὰ κράτος πο-

D. 16. πρεπόντων] Mez. addit προβλημάτων, certe ſimile quid videtur requiri: niſi potius legendum καὶ ἄλλων τε λόγων τῇ τότε ἑορτῇ &c. Proxima in Ald. Baſ. Xyl. E. Venet. Vatic. Palat. ita leguntur, πρεπόντων * ἀφορμὰς καὶ περὶ τη * ας δι' ἣν πλεῖστον τῶν ἄλλων &c. Ut nunc expletum eſt debetur Stephano. Porro ἄλλων mutandum vel in ἀλλοτρίων, vel in φίλων.

I. IN nuptiis Autobuli filii aderat una in feſtivitate Soſſius Senecio, Chæronea ad nos profectus, et cum aliorum tempori illi accommodatorum ſermonum præbuit opportunitatem, tum vero ad diſquirendum quæſtionem propoſuit cur plures quam alias fit ad cœnam invitarentur nuptialem. Etenim legumlatores eos, qui omni conatu luxum

λεμήσαντας, ὁρίσαι μάλιστα τῶν εἰς τοὺς γάμους καλουμένων τὸ πλῆθος. Ὁ γὰρ εἰπών, ἔφη, περὶ τῆς αἰτίας αὐτῆς τῶν παλαιῶν φιλοσόφων, οὐδέν, ἐμοὶ γοῦν κριτῇ, πιθανὸν εἴρηκεν Ἑκαταῖος ὁ Ἀβδηρίτης· λέγει δὲ τοὺς ἀγομένους γυναῖκας, πολλοὺς παρακαλεῖν ἐπὶ τὴν ἑστίασιν, ἵνα πολλοὶ συνειδῶσι καὶ μαρτυρῶσιν ἐλευθέροις οὖσι, καὶ παρ' ἐλευθέρων γαμοῦσι. Τοὐναντίον γὰρ οἱ κωμικοὶ τοὺς πολυτελῶς καὶ σοβαρῶς λαμπρότητι δείπνων καὶ παρασκευῇ γαμοῦντας, ὡς οὐ βεβαίως οὐδὲ θαρ- F
ραλέως ἐπισυνάπτουσιν· ὡς ὁ Μένανδρος πρὸς τὸν κελεύοντα ταῖς λοπάσι περιφράττειν, * δεινῶς οὐ πρᾶγμα νύμφης λέγεις· ἀλλ' ὅμως μὴ * τον ἐγκαλεῖν ἑτέροις δοκῶμεν, αὐτοὶ μηδὲν λέγοντες ἀποφαίνον.

β'. Πρῶτος εἶπον ἐγώ, Οὐδεμίαν ἑστιάσεως πρόφασιν

E. 5. αὐτῆς—Ἀβδηρίτης] αὐτῆς eſt lectio Ald. Baſ. Xyl. E. Flor. Pal. Vatic. a Steph. in deterius etiam αὖτις mutata: malim cum Reiſkio εἷς τις. Tum Ἀβδηρίτης dedi, cum Xyl. pro quo omnes libri Ἀβαῤῥίτης.

F. 1. ὡς οὐ βεβαίως—ἐπισυνάπτουσιν] Forte ex Amiot. et Mez. probandum ὡς οὐ βεβαίως οὐδὲ θαῤῥαλέως ἐπισυνάπτουσιν.

F. 3. λοπάσι περιφράττειν—Πρῶτος εἶπον ἐγὼ] Attigit hæc Joſ. Scalig. Ep. ccxxxii. cujus in priore quidem hujus loci parte probanda eſt correctio hæc, λοπάσι περιφράττειν τὴν νύμφην, Δεινὸν σὺ πρᾶγμα τῆς νύμφης λέγεις. Reliqua ita refingo, Ἀλλ' ὅπως μή, τὸ ῥᾷστον ἐγκαλεῖν ἑτέροις, δοκῶμεν αὐτοὶ μηδὲν λέγοντες, ἀποφαίνομαι πρῶτος, εἶπεν, ἐγώ, Οὐδεμίαν. Sunt Soſſii verba. Atque ita fere Reiſk. Reliqui tamen Xylandri verſionem.

impugnarent, maxime numerum definiviſſe eorum qui ad nuptias vocarentur. Hecatæus quidem, aiebat, Abderita, unus de antiquis philoſophis, meo judicio nihil probabile dixit: ſcilicet ſponſum ad nuptias multos vocare, ut multos habeant conſcios atque teſtes liberum ſe liberam, ingenuum ingenuam duxiſſe. Contra enim Comici eos qui ſplendide et ſumtuoſas faciunt nuptias, parum eas firmas et fidas introducunt facientes: ut Menander ad eum, qui jubebat ollis circumvallare * non facinus ſponſæ refers. Sed tamen ne alios reprehendere videamur, ipſi nihil interim pronunciantes.

II. Hic primus ego, Nul-

οὕτως ἔκδηλον εἶναι καὶ περιβόητον, ὡς τὴν τῶν γαμούντων·
καὶ γὰρ θύοντας θεοῖς, καὶ προπέμποντας φίλον καὶ ξενίζον-
τας, ἔστι πολλοὺς διαλαθεῖν τῶν ἐπιτηδείων· ἡ δὲ γαμή-
667 λιος τράπεζα κατήγορον ἔχει τὸν ὑμέναιον μέγα βο-
ῶντα, καὶ τὴν δᾷδα, καὶ τὸν αὐλὸν, ἅ φησιν Ὅμηρος καὶ
τὰς γυναῖκας ἱσταμένας ἐπὶ ταῖς θύραις θαυμάζειν καὶ
θεᾶσθαι. Διὸ μηδενὸς ἀγνοοῦντος τὴν ὑποδοχὴν καὶ τὴν
κλῆσιν, αἰσχυνόμενοι παραλιπεῖν, πάντας τοὺς συνήθεις
καὶ οἰκείους καὶ ἀμωσγέπως προσήκοντας αὐτοῖς παρα-
λαμβάνουσιν.

γ΄. Ἀποδεξαμένων δὲ ἡμῶν, ὑπολαβὼν ὁ Θέων, Καὶ
τοῦτο ἔφη, κείσθω· οὐκ ἀπίθανον γάρ ἐστι. Κἀκεῖνο
πρόσθες, εἰ βούλει· τὰς τοιαύτας ἑστιάσεις, μὴ μόνον φι-
λικὰς, ἀλλὰ καὶ συγγενικὰς εἶναι, καταμιγνυμένης εἰς τὸ
γένος ἑτέρας οἰκειότητος. Ὃ δὲ τούτου μεῖζόν ἐστιν· οἴκων
B εἰς τὸ αὐτὸ συνιόντων δυοῖν, ὅ, τε λαμβάνων τοὺς τοῦ δι-
δόντος οἰκείους καὶ φίλους, ὅ, τε διδοὺς τοὺς τοῦ λαμβά-

lius, inquam, convivii cauſſa ita manifeſta, ita celebris eſt, ut nuptiarum. Nam et rem ſacram diis facere, et amicum diſceſſurum excipere convivio, aut peregre venientem, licet, ignorantibus hoc neceſſariorum multis. Nuptialis autem menſa indicem habet hymenæum, alta voce inclamantem, et facem, ac tibiam, quæ Homerus ait mulieribus ad fores ſtantibus eſſe admirationi. Itaque cum nemo ignoret convivium agitari, verecundia ducti omnes neceſſarios, familiares, et quocunque tandem pacto ſibi conjunctos invitant.

III. Probantibus id reliquis, Theon ſermonis in partem ſuccedens, Eſto, inquit, hæc: non enim abludunt a vero. Sed, ſi placet, id adde: hujuſmodi convivia non amicorum tantum eſſe, ſed et ad cognatos pertinere, adfinitate alterius familiæ in gentem adſcita. Ac, quod plus habet momenti, duabus in unam coëuntibus familiam, cum accipiens dantis familiares et amicos, tum dans accipientis ex-

νοντος, οἰόμενοι δεῖν φιλοφρονεῖσθαι, διπλασιάζουσι τὴν ὑποδοχήν. Ἐπεὶ πολλὰ τῶν γαμικῶν, ἢ τὰ πλεῖστα δρᾶται διὰ γυναικῶν· ὅπου δὴ γυναῖκες πάρεισι, καὶ τοὺς ἄνδρας ἀναγκαῖον ἐστὶ παραλαμβάνεσθαι.

B. 4. Ἐπεὶ—ὅπου δὴ] Rectius cum Anon. legatur Ἔτι—ὅπου δέ. Prius habet item T. V. Poſterius Stephanus dare voluit ut apparet ex Indice Var. Lect.

iſtimans ſibi comiter demerendos, duplicem convivarum faciunt numerum. Denique cum multa, adeoque pleraque in nuptiis mulieres peragant; ubi adſunt mulieres, neceſſe eſt etiam viros adhiberi.

C

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Δʹ.

Εἰ ἡ θάλασσα τῆς γῆς εὐοψοτέρα.

QUÆSTIO IV.

Utrum mare an terra obſonio præbendo præſtet.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΣ. ΣΥΜΜΑΧΟΣ. ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ.

PERSONÆ COLLOQUII.

CALLISTRATUS. SYMMACHUS. POLYCRATES.

αʹ. ΤΗΣ Εὐβοίας ὁ Γάληψος, οὗ τὰ θερμὰ χωρίον ἐστὶν αὐτοφυὲς, πολλὰ πρὸς ἡδονὰς ἔχον ἐλευθερίους, καὶ κατεσκευασμένον οἰκήσεσι καὶ διαίταις, κοινὸν οἰκητήριον ἀποδέδεικται τῆς Ἑλλάδος· πολλῶν δὲ καὶ πτηνῶν καὶ χερσαίων ἁλισκομένων, οὐχ ἧττον ἡ θάλαττα παρέχει τὴν ἀγορὰν εὐτράπεζον, ἐν τόποις καθαροῖς καὶ ἀγχιβαθέσι γενναῖον ἰχθὺν καὶ πολὺν ἐκτρέφουσα. Μάλιστα δὲ

C. 9. Γάληψος] Legendum Αἴδηψος cum Exempl, Turneb. Xylandri Annotat, L. Holſten. ad Steph. Byz. p. 15. Palmer. Exercit. p. 224.

C. 11. οἰκητήριον] ἡβητήριον quod Xyl. corrigere tentavit, elegantis quidem eſt uſus, ſed nullius hoc loco neceſſitatis.

I. GALEPSUS Eubœæ, ubi thermæ ſunt, locus eſt et natura ita factus, ut multa habeat ad voluptates liberales conducentia: et cœnaculis et conclavibus exædificatus, ut quaſi pro communi totius Græciæ refectorio uſurpetur. Ibi cum et terreſtria multa capiantur animalia, et volucria, non minus mare annonam menſæ commodam ſuppeditat, in locis puris marique pone litus profundo multos bonoſque alens piſces. Maxime autem is locus frequentatur

ἀνθεῖ τὸ χωρίον ἀκμάζοντος ἔαρος· πολλοὶ γὰρ ἀφικνοῦνται τὴν ὥραν αὐτόθι, καὶ συνουσίας ποιοῦνται μετ' ἀλλή- D
λων ἐν ἀφθόνοις πᾶσι, καὶ πλείστας περὶ λόγους ἀπὸ σχολῆς διατριβὰς ἔχουσι. Καλλιστράτου δὲ τοῦ σοφιστοῦ παρόντος, ἔργον ἦν ἀλλαχόθι δειπνεῖν· ἄμαχος γὰρ ἡ φιλοφροσύνη, καὶ τὸ πάντας εἰς τὸ αὐτὸ συνάγειν ἐπιεικῶς τοὺς χαρίεντας, ἥδιστον παρεῖχε· πολλάκις μὲν γὰρ ἐμιμεῖτο τῶν παλαιῶν τὸν Κίμωνα, πολλοὺς καὶ παντοδαποὺς ἑστιῶν ἡδέως· ἀεὶ δέ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὸν Κελεόν, ὃν πρῶτον ἱστοροῦσιν εὐδοκίμων καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν κατασκευάσαντα σύνοδον καθημερινήν, ὀνομάσαι πρυτανεῖον.

β'. Ἐγίνοντο δὲ λόγοι τοιαύτῃ συνουσίᾳ πρέποντες E
ἑκάστοτε· καί ποτε παρέσχον αἱ τράπεζαι ποικιλώταται γινόμεναι, ζήτησιν ὑπὲρ ὄψων, πότερον τὰ ἐκ γῆς ἢ τὰ ἐκ θαλάττης ἐπιτηδειότερα· καὶ τῶν ἄλλων σχεδὸν ἁπάντων ἐπαινούντων τὰ ἐκ γῆς πολλὰ καὶ παντοδαπὰ

E. 2. καί ποτε] Revocavi ex Ald. Baſ. Xyl. Pal. Vatic. pro vulgato καὶ τότε.

vere vigente. Multi enim tunc eo conveniunt, mutuaque utuntur, in omnium copia rerum, conſuetudine, et per otium plurima de rebus ad humanitatem pertinentibus agitant colloquia. Cum autem ibi degeret ſophiſta Calliſtratus, difficile erat alibi cœnare. Erat enim comitas ejus tanta, ut denegare invitanti nemo poſſet: et id jucundiſſimum, quod omnes elegantes ſolebat in unum locum congregare. Sæpenumero quidem imitabatur Cimonem de antiquis, multos omniſque generis convivas amice ad cœnam vocans: plerumque tamen Celeum, quem primum narrant nobilium ac bonorum virorum inſtituiſſe quotidianum conventum, idque Prytaneum appellaſſe.

II. Identidem autem hujuſmodi convenientes cœtibus ſermones ſunt habiti. Evenit aliquando, ut majorem in modum varii appoſiti cibi, occaſionem præberent quærendi de obſoniis, terrane an mare ea ſuppeditaret commodiora. Ibi cum reliqui fere omnes terreſtria laudarent, multa, om-

καὶ δυσεξαρίθμητα τοῖς γένεσι καὶ ταῖς διαφοραῖς, τὸν Σύμμαχον ὁ Πολυκράτης προσαγορεύσας, Σὺ δ', εἶπεν, ἀμφίαλον ὢν ζῷον, καὶ τοσαύταις ἐπιτεθραμμένος θαλάτταις, αἳ τὴν ἱερὰν πέριξ ὑμῶν ἑλίττουσι Νικόπολιν,
F οὐκ ἀμύνεις τῷ Ποσειδῶνι; Βούλομαί γε νὴ Δία, ὁ Σύμμαχος εἶπε, καὶ σὲ παραλαμβάνω, καὶ παρακαλῶ τὰ ἥδιστα τῆς Ἀχαϊκῆς καρπούμενον θαλάττης. Οὐκοῦν, ἔφη, πρῶτον, ὁ Πολυκράτης, ἴωμεν ἐπὶ τὸν συνήθειαν. Ὡς γὰρ, πολλῶν ὄντων ποιητῶν, ἕνα τὸν κράτιστον ἐξαιρέτως ποιητὴν καλοῦμεν· οὕτως, πολλῶν ὄντων ὄψων, ἐκνενίκηκεν ὁ ἰχθὺς μόνον ἢ μάλιστά γε ὄψον καλεῖσθαι, διὰ τὸ πολὺ πάντων ἀρετῇ κρατεῖν. Καὶ γὰρ ὀψοφάγους καὶ φιλόψους λέγομεν, οὐχὶ τοὺς βοείοις χαίροντας,
668 ὥσπερ Ἡρακλῆς, ὃς τοῖς κρέασι χλωρὰ σῦκα ἔχων ἤσθιεν· οὐδὲ τὸν φιλόσυκον, οἷος ἦν Πλάτων· οὐ φιλόβοτρυν, οἷος Ἀρκεσίλαος· ἀλλὰ τοὺς περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν

A. 1. ἔχων ἤσθιεν] Forte ἐπήσθιεν: ut eſt in loco Euripidis Fragm. Inc. 147. ap. Muſgrav.

nigena, et innumera generum ac diſcriminum varietate abundantia: Symmachum Polycrates compellans, Tu vero, inquit, animal bimare, totque innutrite maribus, quæ ſacram apud vos ambiunt Nicopolin, non defendis Neptunum? Equidem volo, reſpondit Symmachus, teque mihi adjutorem advoco, qui jucundiſſima Achaici maris parte frueris. Enimvero, inſit Polycrates, a conſuetudine ordiemur. Sicut enim de multis poëtis unum qui reliquis præſtat eximio nomine poëtæ afficimus: ita, cum multa ſint obſonia, piſcis tamen obtinuit, ut vel ſolus vel præcipue piſcis *obſonium* appellaretur, quia virtute reliquis omnibus multo antecellat. Nam *obſonivoros* et *obſoniorum cupidos* vocamus, non quod bubulis carnibus delectantur, ut Hercules, qui poſt carnem virides ficus edit: non qui ficubus, ut Plato: non qui uvis, ut Arceſilaus: ſed qui ſubinde in foro piſcario

ἀναδιδόντας ἑκάστοτε, καὶ τοῦ κώδωνος ὀξέως ἀκούοντας. Καὶ ὁ Δημοσθένης τὸν Φιλοκράτην φησὶν ἐκ τοῦ προδοσίου χρυσίου πόρνας καὶ ἰχθῦς ἀγοράζειν, ἐπ᾽ ὀψοφαγίᾳ καὶ ἀσελγείᾳ τὸν ἄνδρα λοιδορῶν. Ὁ δὲ Κτησιφῶν οὐ κακῶς, ὀψοφάγου τινὸς ἐν τῇ βουλῇ βοῶντος ῥαγήσεσθαι, Μηδαμῶς, εἶπεν, ὦ ἄνθρωπε, ποιήσῃς ἡμᾶς ἰχθυοβρώτους. Ὁ δὲ τὸ στιχίδιον τοῦτο ποιήσας,

Πρὸς καππάριον ζῇς, δυνάμενος πρὸς ἀνθίαν, B

τί ποτε βούλεται; Τί δ᾽ οἱ πολλοὶ βούλονται, πρὸς θεῶν, ὅταν ἡδέως γενέσθαι παρακαλοῦντες ἀλλήλους, λέγωσι, Σήμερον ἀκτάσωμεν; οὐχὶ τὸ παρ᾽ ἀκτῇ δεῖπνον ἥδιστον ἀποφαίνουσιν, ὥσπερ ἐστίν; οὐ διὰ τὰ κύματα καὶ τὰς ψηφῖδας· τί γὰρ ἐπ᾽ ἀκτῆς, τίς λέκυθον ὀψᾶται καὶ κάππαριν· ἀλλ᾽ ὡς ἰχθύος ἀφθόνου καὶ νεαροῦ τὴν παράλιον τράπεζαν εὐποροῦσαν. Καὶ μὴν τοι καὶ πιπράσκεται παρὰ λόγον, ἁπάντων τιμιώτατον τὸ θα-

A. 4. ἀναδιδόντας] T. et Exempl. Turn. διατρίβοντας. Propius ad vetera veſtigia accedat ἀναλίσκοντας.

verſantur, et tintinnabulum celeriter exaudiunt. Et *Philocratem* Demoſthenes *auro proditione parto ſcorta et piſces emere* dicens, gulæ ſtudium ac libidinem homini exprobravit. Ac non inepte Cteſiphon quodam obſonivoro in ſenatu vociferante, *Crepabo medius*, inquit, *Nequaquam nos piſcium eſcam facias*. Jam qui verſiculum huncce fecit,

Ad capparim vivis, cum liceat ad anthiam,

quid ſibi voluit? Quid, bone Jupiter, volunt ſibi, qui ad oblectationem ſe mutuo invitantes dicunt, *Hodie in acta cœnabimus?* nonne quod in litore cœnam, ut eſt, ſuaviſſimam eſſe ſentiunt? non quidem propter fluctus aut lapillos: quis enim in litore lecythum et capparin menſæ adhibeat? ſed quod copioſi ac recentes piſces menſam ſint inſtructuri. Adde quod omnium aliorum obſoniorum pre-

λάττιον ὄψον. Ὁ γοῦν Κάτων οὐχ ὑπερβολικῶς, ἀλλ' ἀληθῶς πρὸς τὴν τρυφὴν καὶ πολυτέλειαν τῆς πόλεως C δημηγορῶν εἶπεν, Ὅτι πλείονος πιπράσκεται ἐν Ῥώμῃ ἰχθὺς ἢ βοῦς. Κεράμιόν τε γὰρ πωλοῦσι τιμῆς, ὅσην οὐκ ἂν ἑκατόμβη βούπρωρος ἄλφοι καταχοπεῖσα. Καίτοι φαρμάκων δυνάμεως ὁ ἰατρικώτατος ἄριστος κριτὴς, καὶ μελῶν ἀρετῆς ὁ φιλομουσότατος· οὐκοῦν καὶ ἀρετῆς ὄψων, ὁ φιλοψότατος. Οὐδὲ γὰρ Πυθαγόρᾳ γε τούτων, οὐδὲ Ξενοκράτει διαιτητῇ χρηστέον. Ἀνταγόρᾳ δὲ τῷ ποιητῇ, καὶ Φιλοξένῳ τῷ Ἐρύξιδος, καὶ τῷ ζωγράφῳ Ἀνδροκύδῃ, ὅν φασι τὴν Σκύλλαν ζωγραφοῦντα, τοὺς περὶ αὐτὴν ἰχθῦς D ἐμπαθέστατα καὶ ζωτικώτατα δι' ὀψοφαγίαν ἐξεργάσασθαι. Ἀνταγόρᾳ δὲ ὁ βασιλεὺς Ἀντίγονος ἐν τῷ στρατοπέδῳ λοπάδα γόγγρων ἕψοντι περιεζωσμένῳ παραστὰς, Ἆρά γε, εἶπε, τὸν Ὅμηρον οἴει τὰς τοῦ Ἀγαμέμνονος πράξεις ἀναγράφειν γόγγρους ἕψοντα; κἀκεῖνος οὐ φαύλως, Σὺ

C. 2. ὅσην] Sumſi a Palat. pro vulgato ὅσον, ita ſanus cenſeatur locus, nec vel Mez. probetur ex τιμῆς faciens θυννίδος, vel Reiſk. ταρίχου ex γάρ.

tium exceditur a marino. Cato ſane non ultra modum, ſed vere dicendo invehens in luxum urbis dixit, *Pluris vendi piſcem quam bovem.* Teſtam enim piſcium plenam tanti vendunt, quantum vix redimatur centum ovibus et uno bove capitis loco præcedente (quod fuit ſacrificii ſolennis genus) mactatis. Porro ut de medicamentis medicus optime, de cantu muſicus judicat, ſic etiam de obſoniorum præſtantia is, qui impendio iis ſtudet. Non enim Pythagora hic arbitro utemur aut Xenocrate: ſed Antagora poëta: et Philoxeno, Eryxidis F. et Androcyde pictore, quem aiunt cum Scyllam pingeret, piſces circa eam ad vivum uſque ſtudioſiſſime expinxiſſe, quod obſoniis eſſet deditus. Antagoræ autem poëtæ in caſtris congros elixanti atque accincto ſuperveniens Antigonus rex, *Putaſne*, inquit, *Homerum congros coquentem Agamemnonis res geſtas deſcripſiſſe?* et ille non inepte reſpondit, *Tu vero putas Agamemnonem*

δὲ οἴει, ἔφησε, τὸν Ἀγαμέμνονα τὰς πράξεις ἐκείνας ἐργάσασθαι πολυπραγμονοῦντα τίς ἐν τῷ στρατοπέδῳ γόγγρον ἕψει; Ταῦτα, εἶπεν ὁ Πολυκράτης, ἐγὼ δὲ συμβάλλομαι καὶ νὴ Δία τοῖς ἰχθυοπώλαις ἀπὸ τῶν μαρτύρων καὶ τῆς συνηθείας.

γ΄. Ἐγὼ δὲ, ὁ Σύμμαχος ἔφη, τῷ πράγματι μετὰ E σπουδῆς πρόσειμι καὶ διαλεκτικώτερον. Εἰ γὰρ ὄψον ἐστὶ τὸ τὴν τροφὴν ἐφηδῦνον, ἄριστον ἂν ὄψον εἴη τὸ μάλιστα τὴν ὄρεξιν ἐπὶ τῷ σίτῳ κατασχεῖν δυνάμενον. Ὥσπερ οὖν οἱ προσαγορευθέντες Ἐλπιστικοὶ φιλόσοφοι συνεκτικώτατον εἶναι τοῦ βίου τὸ ἐλπίζειν ἀποφαίνονται, * τῷ πάσης ἐλπίδος οὐχ ἡδυνούσης * νεκτὸν εἶναι τὸν βίον, οὕτως καὶ τῆς ἐπὶ τὴν τροφὴν ὀρέξεως συνεκτικὸν θετέον, οὗ μὴ παρόντος ἄχαρις γίνεται τροφὴ πᾶσα, καὶ δύσβρωτος. Τῶν μὲν οὖν ἐκ γῆς τοιοῦτον οὐδὲν εὑρήσεις· τῶν δὲ θαλαττίων F

E. 1. Ἐγὼ δὲ] Legendum cum Mez. ἔγωγε. Mox ante καὶ interponendum videtur ὑμῖν.

E. 6. ἀποφαίνονται—τὸν βίον] Ita Steph. In prioribus editionibus et ſcriptis primi verbi non exſtat niſi ἀποφαι* unde illo expleto item lacuna videatur expleta. Reliqua in promtu ſunt, et vidit adeo Reiſkius legendum eſſe, ἀποφαίνονται, τῷ ἀπούσης ἐλπίδος οὐδ' ἡδυνούσης, οὐκ ἀνεκτὸν εἶναι τὸν βίον.

res iſtas geſſiſſe, curioſe inquirendo quis in caſtris congros elixaret? Hæc, inquit Polycrates, ego pro piſcium patrocinio attuli, fretus et teſtimonio piſces vendentium, et conſuetudine.

III. Ego vero, ait Symmachus, ſerio rem, ac magis dialectice aggrediar. Nam ſi id eſt obſonium, quod cibum reddit ſuaviorem; utique optimum id fuerit obſonium, quod maxime detinere appetitum in cibo valet. Ergo ſicut philoſophi, qui a ſpe, quam unice prædicabant, Elpiſtici dicti ſunt, nihil eſſe pronunciaverunt quod vitam magis contineat atque ſpes, qua non condiente eam, vita ſit intolerabilis: ita etiam ad cibum id ponemus appetitum continere, ſine quo cibus plane ingratus et incommodus ſit futurus. At eorum quæ terra ſuggerit, nihil tale invenies: mare vero ſalem ſuppeditat. Primum abſ-

τὸ ἅλας πρῶτον, οὗ χωρὶς οὐδὲν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐστὶν ἐδώδιμον· ἀλλὰ καὶ τὸν ἄρτον οὗτος ἐμμιγνύμενος συνηδύνει. Διὸ καὶ Δήμητρος σύνναος ὁ Ποσειδῶν, καὶ τῶν ἄλλων ὄψων οἱ ἅλες ἥδιον ὄψον εἰσίν. Οἱ γοῦν ἥρωες εὐτελοῦς καὶ λιτῆς ἐθάδες ὥσπερ ἀσκηταὶ διαίτης ὄντες, καὶ τῆς τροφῆς πᾶσαν ἡδονὴν ἐπίθετον καὶ περίεργον ἀφελόντες, ὡς μηδὲ ἰχθύσι χρῆσθαι παρὰ τὸν Ἑλλήσποντον στρατοπεδεύοντες, οὐχ ὑπέμειναν τὰ κρέα χωρὶς ἁλῶν προσφέρεσθαι· μαρτυροῦντες ὅτι τοῦτο τῶν ὄψων μόνον ἀπαραίτητον. Ὡς γὰρ τὰ χρώματα * τος, οὕτως οἱ χυμοὶ
669 * λος δέονται πρὸς τὸ * σαι τὴν αἴσθησιν· εἰ δὲ μὴ, βαρεῖς τῇ γεύσει προσπίπτουσι καὶ ναυτιώδεις. Νέκυες γὰρ κοπρίων ἐκβλητότεροι, καθ' Ἡράκλειτον· κρέας δὲ πᾶν νεκρόν ἐστι, καὶ νεκροῦ μέρος· ἡ δὲ τῶν ἁλῶν δύναμις, ὥσπερ ψυχὴ παραγενομένη, χάριν αὐτῷ καὶ ἡδονὴν προστίθησι. Διὸ καὶ προλαμβάνουσι τῆς ἄλλης τροφῆς τὰ

F. 11. χρώματα—αἴσθησιν] Supplendum, ut viderunt T. V. Amiot. Xyl, Steph. Mez.—χρώματα φωτὸς, οὕτως οἱ χυμοὶ ἁλὸς δέονται πρὸς τὸ κινῆσαι τὴν αἴσθησιν.

que ſale nihil omnino eſt eſui, qui admixtus ipſum etiam panem condit. Itaque eodem in fano Neptunus et Ceres habentur. Deinde reliquis obſoniis ſales dulcius ſunt obſonium. Nam heroës tenui et frugali uſi et exercitatione adſueti victui, omnemque adſcititiam et otioſam voluptatem a menſis arcentes ſuis, ita quidem ut caſtris ad Helleſpontum poſitis, tamen piſcibus abſtinerent: carnes nihilominus abſque ſale edere non ſuſtinuerunt: teſtantes id ſolum obſonium repudiari non poſſe. Ut enim colores lumine, ita ſapores ſale opus habent ut ſenſum adficiant: ſin minus, graves guſtui et moleſti accidunt. *Cadavera enim magis ſunt objicienda quam ſimus*, aiebat Heraclitus. Omnis vero caro mortua eſt, et cadaveris pars: ſalis autem vis tanquam anima ſuperveniens, gratiam ei ac voluptatem conciliat. Itaque etiam acria et ſalſa ante cibum ſu-

δριμέα καὶ τὰ ἁλμυρὰ, καὶ ὅλως ὅσα μάλιστα τῶν ἁλῶν
μετέσχηκε· γίνεται γὰρ φίλτρα ταῦτα τῇ ὀρέξει πρὸς
τὰ ἄλλα ὄψα, καὶ δελεασθεῖσα διὰ τούτων, ἐπ' ἐκεῖνα
πρόσεισι νεαλὴς καὶ πρόθυμος· ἐὰν δὲ ἀπ' ἐκείνων ἄρξ-
ηται, ταχέως ἀπαγορεύει. Οὐ μόνον τοίνυν πρὸς τὴν
τροφὴν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ποτὸν, ὄψον εἰσὶν οἱ ἅλες. Τὸ B
μὲν γὰρ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο, κρέμμυον ποτῷ ὄψον, ναύ-
ταις καὶ κωπηλάταις μᾶλλον ἢ βασιλεῦσιν ἐπιτήδειον
ἦν· τὰ δὲ ὑφαλμυρίζοντα μετρίως τῶν σιτίων, δι' εὐστο-
μίαν πᾶν μὲν οἴνου γένος ἡδὺ τῇ γεύσει καὶ λεῖον ἐπάγει,
πᾶν δὲ ὕδωρ προσφιλὲς παρέχεται ἄλκιμον· ἀηδίας
δὲ καὶ δυσχερείας, ἃ ἐμποιεῖ τὸ κρέμμυον, οὐδὲ ὀλίγον
μετέσχηκεν· ἀλλὰ καὶ διαφορεῖ τὴν ἄλλην τροφὴν, καὶ
παραδίδωσιν εὐπειθῆ καὶ μαλακωτέραν τῇ πέψει· ἐς
χάριν μὲν ὄψου, δύναμιν δὲ φαρμάκου, τῷ σώματι τῶν

B. 6. ἄλκιμον] Forte ἄχυμον: vel, παρέχει· ἢ μὴν ἀηδίας γε—.

B. 9. πέψει—προσφερομένων] Sic Steph. dedit: Ald. et codd. ſcripti, ὄψει εὔχαριν μὲν γὰρ ὄψον—προσφερομένων. Horum ὄψει mutavit in πέψει Turneb. Amiot. Baſ. Xyl. γὰρ habet unus Ald. ἐς χάριν Turn. et Anon. Forte legendum, πέψει· ὡς χάριν μὲν ὄψῳ—προσφερομένων: ſenſu a Xyl. reddito. Ceterum ἁλῶν pro ἄλλων ex Turneb. Baſ. Xyl.

munt, et omnino quibus plurimum ſalis adeſt: hæc enim alliciunt appetitum ad alia obſonia, hiſque ille delinitus ad reliqua alacris recenſque ſe confert: ſi vero ab aliis incipiat, mox elangueſcit. Non ad cibum proinde duntaxat, ſed ad potum quoque condimenti vim ſales habent. Homerica enim illa *cepa potus condimentum*, nautis potius et remigibus, quam regibus, conveniebat. Qui vero cibi mediocrem ſalſuginem habent, hi, propter convenientiam cum ore noſtro, vini omne genus guſtu ſuave et mite reddunt, omnem aquam gratam potu. Tum earum quas cepa adfert moleſtiarum nihil adeſt ſali: quin et digerit reliquos cibos, mollioreſque et obſequentiores concoctioni tradit; ut et condimenti gratiam, et vim medicamenti ſales corpori confe-

C ἄλλων προσφερομένων. Καὶ μὴν τά γε ἄλλα θαλάττης ὄψα, πρὸς τῷ ἡδίστῳ καὶ τὸ ἀβλαβέστατον ἔχει· κρεώδη μὲν γάρ ἐστιν, οὐ βαρύνει δὲ ὁμοίως, ἀλλὰ καὶ καταπέττεται καὶ διαφορεῖται ῥᾳδίως. Μαρτυρήσει δὲ οὑτοσὶ Ζήνων, καὶ, νὴ Δία, Κράτων, οἱ τοὺς ἀσθενοῦντας πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐπὶ τὸν ἰχθὺν ἄγουσιν, ὡς κουφότατον ὄψον. Καὶ λόγον ἔχει, τὴν θάλατταν ὑγιεινὰ καὶ διαπεπονημένα τοῖς σώμασιν ἐκτρέφειν, εἴγε καὶ ἡμῖν ἀέρα λεπτότητι καὶ καθαρότητι πρόσφορον ἀναδίδωσιν.

δ'. Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις, ὁ Λαμπρίας· ἀλλ' ἔτι τῷ λόγῳ προσφιλοσοφήσωμεν. Ὁ γὰρ ἐμὸς πάππος
D εἰώθει λέγειν ἑκάστοτε τοὺς Ἰουδαίους ἐπισκώπτων, ὅτι τὸ δικαιότατον κρέας οὐκ ἐσθίουσιν. Ἡμεῖς δὲ φήσομεν δικαιότατον ὄψον εἶναι τὸ ἐκ θαλάττης. Πρὸς μέν γε ταυτὶ τὰ χερσαῖα, κἂν ἄλλο μηδὲν ἡμῖν ᾖ δίκαιον, ἀλλὰ τρέφεταί γε τοῖς αὐτοῖς, καὶ λαμβάνει τὸν αὐτὸν

C. 11. ἐμὸς πάππος] Sic Mez. Palat. propemodum item, ἐμοσί. Vulgo, ἐμός σοι.
D. 5. τὸν αὐτὸν ἀέρα] αὐτὸν addidi ex Palat. Vatic.

rant. Cæterum marina obſonia reliqua, præterquam quod ſunt ſuaviſſima, maxime etiam ſunt innoxia; nam et carnoſa ſunt, et non perinde ut carnes gravant, ſed facile concoquuntur et digeruntur. Teſtimonium mihi perhibebunt Zeno hic, atque etiam, mehercle, Craton, qui ægrotantes ante omnes alios cibos ad piſcem ablegant, ut leviſſimum. Nec caret ratione, mare ſaluberrima et elaborata corporibus alimenta gignere; quando etiam nobis aërem tenuitate et puritate commodum edit.

IV. Recte ais, inquit Lamprias: ſed aliquid præterea de hac re commentemur. Solebat avus meus identidem dicere Judæos ſubſannans, Eos a juſtiſſima carne abſtinere. Nos autem dicemus juſtiſſimum eſſe obſonium quod e mari petitur. Nam ut cum terreſtribus nullum aliud jus nobis intercedat, ſaltem iiſdem aluntur rebus, aëremque

ἀέρα, καὶ λουτρὰ καὶ ποτὸν αὐτοῖς ἀφ' ὧν ἡμῖν ἐστιν· ἃ καὶ σφάττοντες ἐδυσωποῦντο φωνὴν ἀφιέντα γοερὰν, καὶ τὰ πλεῖστα πεποιημένοι συνήθη καὶ σύντροφα ταῖς διαίταις. Τὸ δὲ τῶν ἐναλίων γένος ἔκφυλον ὅλως καὶ ἄποικον ἡμῶν, ὥσπερ ἐν ἄλλῳ τινὶ κόσμῳ γεγονότων καὶ ζώντων, οὔτε ὄψις οὔτε φωνή τις οὔτε ὑπουργία παραιτεῖται τῆς πρὸς ἡμῶν σφαγῆς· οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς ἔχει E
χρήσασθαι ζῶον ὃ μηδὲ ὅλως ζῇ παρ' ἡμῖν· οὐδὲ δεῖ τινος ἐπ' αὐτὰ στοργῆς, ἀλλ' ὥσπερ ἀΐδης αὐτοῖς ἐστιν οὗτος ὁ παρ' ἡμῖν τόπος· ἐλθόντα γὰρ εἰς αὐτὸν, εὐθέως τέθνηκεν.

D. 6. ἐστιν· ἃ καὶ] Retinui ex Steph. Legendum, ἐστιν· ἢ καὶ; Alii variant: Baſ. Xyl. ἐστιν· καί. Ald. E. H. Ven. ἐστὶ νίκαι. Palat. Vatic. ἐστὶ νίκαις. Cum vulgato conſentit Schott. Leonic.

E. 1. τῆς πρὸς ἡμῶν σφαγῆς—στοργῆς] Priorem partem Stephanus explevit ex Turneb. Amiot. Anon. nam omnes libri ita habent τῆς προσ * οὐδὲν γὰρ &c. paulo aliter Palat. τῆς προσ * ας οὐδὲν γάρ &c. Itaque legam προσφορᾶς cum Anon. Porro idem Anon. et T. dant ζώοις ἃ. Mez. σφαγῆς pro στοργῆς: T. V. ᾅδης. Hinc probabilem efficimus ſcripturam hanc: τῆς προσφορᾶς· οὐδὲν γὰρ ἄνθρωπος ἔχει χρήσασθαι ζώοις ἃ μηδὲ ὅλως ζῇ παρ' ἡμῖν, οὐδὲ δεῖ τινος ἐπ' αὐτὰ σφαγῆς, ἀλλ' ὥσπερ ᾅδης αὐτοῖς ἐστιν &c.

lavacra, potum indidem unde nos hauriunt, et pudorem jugulata incutiunt miſerabili voce: tum pleraque nobis familiaria convictu facimus. Marinum vero omnino a nobis alienum eſt genus, et quaſi in alio mundo natum educatumque vivit: neque vox ulla, aut adſpectus, aut miniſterium ab eorum cæde nos revocat. Nullus enim nobis uſus eſt ejus animalis vivi, quod ne vivit quidem apud nos, neque ulla nobis cæde erga illud opus eſt. Sed quem nos incolimus locum, ipſis eſt tanquam orcus: nam in eum ſimul atque pervenere, moriuntur.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Ε'.

Πότερον οἱ Ἰουδαῖοι σεβόμενοι τὴν ὗν, ἢ δυσχεραίνοντες, ἀπέχονται τῶν κρεῶν.

QUÆSTIO V.

Utrum ſuem venerantes Judæi, an potius averſantes, carne ejus abſtineant.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΣ. ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ. ΛΑΜΠΡΙΑΣ.

PERSONÆ COLLOQUII.

CALLISTRATUS. POLYCRATES. LAMPRIAS.

α'. ἘΠΕΙ δὲ ταῦτα ἐρρήθη, βουλομένων τινῶν ἀντικατατείνειν τὸν ἕτερον λόγον, ἐκκρούων ὁ Καλλίστρατος, F ἔφη, Πῶς ὑμῖν δοκεῖ λελέχθαι τὸ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, ὅτι τὸ δικαιότατον κρέας οὐκ ἐσθίουσι; Ὑπερφυῶς, ἔφη ὁ Πολυκράτης· ἐγὼ δὲ καὶ προσδιαπορῶ πότερον οἱ ἄνδρες τιμῇ τινι τῶν ὑῶν, ἢ μυσαττόμενοι τὸ ζῶον, ἀπέχονται τῆς βρώσεως αὐτοῦ· τὰ γὰρ παρ' ἐκείνοις λεγόμενα μύθοις ἔοικεν, εἰ μή τινας ἄρα λόγους σπουδαίους ἔχοντες οὐκ ἐκφέρουσιν.

I. HÆC cum eſſent dicta, et quidam in diverſam partem diſputare intendiſſent, Calliſtratus eorum ſermonem profligans, Quomodo, inquit, vobis dictum videtur in Judæos, *Juſtiſſima eos carne abſtinere?* Præclare admodum, aiebat Polycrates. Ego quidem vehementer dubito, utrum Judæi in honorem porci, an quod animal illud abominentur, eſu carnium ſuillarum ſeſe abſtineant. Nam quæ apud ipſos dicuntur, fabularum ſunt ſimilia: niſi fortaſſe habent ſerias quaſdam rationes, quas non efferunt.

β. Ἐγὼ μὲν τοίνυν, εἶπεν ὁ Καλλίστρατος, οἶμαί τινα τιμὴν τὸ ζῷον ἔχειν παρὰ τοῖς ἀνδράσιν· εἰ δὲ 670
δύσμορφον ἡ ὗς καὶ θολερὸν, ἀλλ' οὐ κανθάρου καὶ γρυ * καὶ κροκοδείλου καὶ αἰλούρου τὴν ὄψιν ἀτοπώτερον, ἢ τὴν φύσιν ἀμουσότερον· οἷς ὡς ἁγιωτάτοις ἱερεῖς Αἰγυπτίων ἄλλοις ἄλλοι προσφέρονται. Τὴν δὲ ὗν ἀποχρηστῆσαι καὶ τιμᾶσθαι λέγουσι· πρώτη γὰρ σχίσασα τῷ προύχοντι τῆς ὀρυχῆς, ὥς φασι, τὴν γῆν, ἴχνος ἀρόσεως ἔθηκε, καὶ τὸ τῆς ὕνεως ὑφηγήσατο ἔργον· ὅθεν καὶ τοὔνομα γενέσθαι τῷ ἐργαλείῳ λέγουσιν ἀπὸ τῆς ὑός. Οἱ δὲ τὰ μαλθακὰ καὶ κοῖλα τῆς χώρας Αἰγύπτιοι γεωργοῦντες, οὐδὲ ἀρότρου δέονται τοπαράπαν· ἀλλ' ὅταν ὁ Νεῖλος ἀπ- B
οῤῥέῃ καταβρέξας τὰς ἀρούρας, ἐπακολουθοῦντες, τὰς ὗς κατέβαλον· αἱ δὲ χρησάμεναι πάτῳ καὶ ὀρυχῇ, ταχὺ τὴν γῆν ἔστρεψαν ἐκ βάθους, καὶ τὸν σπόρον ἀπέκρυψαν.

A. 2. θολερὸν—τιμᾶσθαι λέγουσι] Sic Steph. niſi quod ἄλλοις ante ἄλλοι addidimus ex Baſ. Xyl. Amiot. Corruptius etiam in Ald. Baſ. Xyl. et codd. ſcriptis θολερὸν * κανθάρου καὶ γρυ * ἐκκροκοδείλου: ſaltem in ultimo Baſ. et Xyl. καὶ κροκοδείλου. Pro γρυ * nec γρύλλου nec γρυπὸς, potius γυπὸς probem. Ἀποχρηστῆσαι in ἀπογευστῆσαι mutavit Xyl. quod quale ſit, neſcio. Rectius eſt ἀπὸ τῆς χρείας ex T. V. Denique corrigendum ἐκτετιμῆσθαι pro καὶ τιμᾶσθαι.

II. Ego itaque, aiebat Caliſtratus, arbitror id animal in aliquo apud iſtam gentem eſſe honore. Porcus deformis eſt; quid tum poſtea? eſt etiam fœdus: tamen cantharo, gryphe, crocodilo, fele turpior non eſt, aut natura ineptior: quorum alia ab aliis Ægyptiorum ſacerdotum ſanctiſſimis coluntur. Quod autem ſui parcitur, iſque in honore habetur, non caret ratione. Prima enim ſus, ut aiunt, roſtro terram findens, veſtigium a rationis impreſſit, ac vomeris opus ſubmonſtravit: quem *hynin* inde dictum ſunt qui putent. Jam Ægyptii qui cavam et mollem incolunt regionem, omnino etiam aratri uſum non admittunt: ſed poſtquam Nilus eluvie ſua ſolum rigavit, eum ſubſequentes, ſues in agros depellunt: eæ vero calcanda ac fodienda tellure celeriter eam alte ſubvertunt, ſemenque occulunt.

Οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν εἰ διὰ τοῦτό τινες ὗς οὐκ ἐσθίουσιν, ἑτέρων ζώων μείζονας ἐπ᾽ αἰτίαις γλίσχραις, ἐνίων δὲ καὶ πάνυ γελοίαις, τιμὰς ἐχόντων παρὰ τοῖς βαρβάροις. Τὴν μὲν γὰρ μυγαλῆν ἐκτεθειάσθαι λέγουσιν ὑπὸ Αἰγυπτίων τυφλὴν οὖσαν, ὅτι τὸ σκότος τοῦ φωτὸς ἡγοῦντο πρεσβύτερον· τίκτεσθαι δὲ αὐτὴν ἐκ μυῶν
C πέμπτῃ γενεᾷ νουμηνίας οὔσης· ἔτι δὲ μειοῦσθαι τὸ ἧπαρ ἐν τοῖν ἀφανισμοῖς τῆς σελήνης. Τὸν λέοντα τῷ ἡλίῳ συνοικειοῦσιν, ὅτι τῶν γαμψωνύχων τετραπόδων βλέποντα τίκτει μόνος· κοιμᾶται δὲ ἀκαρὲς χρόνου, καὶ ὑπολάμπει τὰ ὄμματα καθεύδοντος· κρῆναι δὲ καὶ καταχάσματα τῶν λεοντείων ἐξίασι κρουνοὺς, ὅτι Νεῖλος ἐπάγει νέον ὕδωρ ταῖς Αἰγυπτίων ἀρούραις, ἡλίου τὸν λέοντα παροδεύοντος. Τὴν δὲ ἶβιν φασὶν ἐκκολαφθεῖσαν εὐθὺς ἕλκειν δύο δραχμὰς, ὅσον ἄρτι παιδίου γεγονότος

C. 2. Τὸν λέοντα] Legendum Τὸν δὲ λέοντα.

C. 5. καταχάσματα τῶν] In promtu eſt corrigere cum Exemplo Turneb. et Anon. κατὰ χασμάτων: idem V. voluit et apparet ratio ex ſimili loco Plut. de Iſid. et Oſir. p. 366. A.

Neque rapi in admirationem hoc debet, ſi ſunt qui hac de cauſſa ſuum eſu abſtinent; cum apud barbaros alia animalia in majore ſint honore ob cauſſas viliores, aut etiam plane ridiculas. Nam murem araneum (ſi quidem is mygale eſt) divinos reperiſſe honores aiunt apud Ægyptios propter cæcitatem: quod tenebras luce antiquiores ii arbitrentur: eamque e muribus naſci quinta ætate, in novilunio: atque jecur ejus deminui lumine Lunæ deficiente. Leonem vero Soli dedicant, quod de curviunguibus quadrupedibus ſola leæna videntem edat fœtum, quod momento temporis dormiat, oculique dormientis ſuffulgeant: et quod Leonini fontes et hiatus ſuos nova aqua repletos inveniunt, Nilo exundante, quando Sol per Leonem tranſit. Ibin ferunt recens ex ovo excluſam duas appendere drachmas: quantum etiam recens nati infantis cor appendit. Ibis quoque

καρδίαν· ποιεῖ δὲ τῇ τῶν ποδῶν ἀποτάσει πρὸς ἀλλήλους, καὶ πρὸς τὸ ῥύγχος, ἰσόπλευρον τρίγωνον. Καὶ τί ἄν τις Αἰγυπτίους αἰτιῷτο τῆς τοσαύτης ἀλογίας; ὅπου καὶ D
τοὺς Πυθαγορικοὺς ἱστοροῦσι καὶ ἀλεκτρυόνα λευκὸν σέβεσθαι, καὶ τῶν θαλαττίων μάλιστα τρίγλης καὶ ἀκαλήφης ἀπέχεσθαι· τοὺς δὲ ἀπὸ Ζωροάστρου μάγους, τιμᾶν μὲν ἐν τοῖς μάλιστα τὸν χερσαῖον ἐχῖνον, ἐχθαίρειν δὲ τοὺς ἐνύδρους μῦς, καὶ τὸν ἀποκτείνοντα πλείστους, θεοφιλῆ καὶ μακάριον νομίζειν. Οἶμαι δὲ καὶ τοὺς Ἰουδαίους, εἴπερ ἐβδελύττοντο τὴν ὗν, ἀποκτείνειν ἄν, ὥσπερ οἱ μάγοι τοὺς μῦς ἀποκτείνουσι· νῦν δὲ ὁμοίως τῷ φαγεῖν τὸ ἀνελεῖν ἀπόρρητόν ἐστιν αὐτοῖς. Καὶ ἴσως ἔχει λόγον, ὡς τὸν ὄνον δὲ ἀναφήναντα πηγὴν αὐτοῖς ὕδατος τιμῶσιν, E
οὕτως καὶ τὴν ὗν σέβεσθαι σπόρου καὶ ἀρότου διδάσκαλον γενομένην, νὴ Δία, καὶ τοῦ λαγωοῦ φησί τις ἀπέχεσθαι

E. 3. *νὴ Δία—ἐν δεινοῖς εἶναι*] Primo, legam cum Reiſkio *εἰ μὴ νὴ Δία*. Tum *λαγωοῦ* pro *λαγῶ* eſt ex Palat. Porro *Οὐδ' * ὁ Λαμπρίας* probabilius expleatur ex Reiſkii ratione *Οὐ δῆτα, ἔφη ὁ Λαμπρίας*, quam ex Amioti et Scaligeri Ep. ccxxxii. *Οὐδ' ἀπὸ τρόπου τόδ' ἐστιν, ἔφη ὁ Λαμπρίας*. Mox pro *λαγωοῦ ἀπέχονται* omnes ſcripti et editi libri, excepto Steph. habent *λαγωοῦ * ται*. Proxime bene Scaliger corrigit, *διὰ τὴν πρὸς τὸν ὄνον, ὑπ' αὐτῶν μυσαχθέντα μάλιστα θηρίων, ἐμφέρειαν*. Ultima ita refingo, *ὁ γὰρ λαγὼς μεγέθους ἐκτὸς καὶ τάχους ὀνοειδής ἐστι*.

pedum diductione, eorum inter ſe et cum roſtro comparatione, triangulum repræſentat æquilaterum. Et quis tandem has culpet Ægyptiorum ineptias? cum memoria proditum ſit Pythagoricos quoque album venerari gallum, et de marinis mullo maxime urticaque abſtinere: Magos autem, qui a Zoroaſtre deſcendunt, terreſtrem echinum quam maxime venerari, mures aquatiles odiſſe, diiſque carum et beatum judicare eum qui plurimos interfecerit. Exiſtimo autem, Judæos, ſi abominarentur porcum, interfecturos eum fuiſſe, ſicut mures necant Magi. Nunc tam interficere, quam edere ſuem iis eſt religio. Et fortaſſis rationi hoc conſentit, ſicut aſino ſuus eſt apud eos honor, qui fontem aquæ iis demonſtravit: ita ſuem eos revereri, ut ſationis et arationis magiſtram. Niſi forte etiam leporum eſu

τοὺς ἄνδρας, ὡς μυσαρὸν καὶ ἀκάθαρτον δυσχεραίνοντας
τὸ ζῶον.

γ'. Οὐδ' * ὁ Λαμπρίας ὑπολαβὼν, Ἀλλὰ τοῦ μὲν
λαγωοῦ ἀπέχονται διὰ τὴν πρὸς τὸν ὄνον ὑπ' αὐτῶν
μυ * στα θηρίον ἐμφερέστατον. Ὁ γὰρ λαγὼς μεγέθους
ἔοικε καὶ πάχους ἐν δεινοῖς εἶναι· καὶ γὰρ ἡ χρόα, καὶ τὰ
ὦτα, καὶ τῶν ὀμμάτων ἡ λιπαρότης, καὶ τὸ ἀλμυρὸν
F ἔοικε θαυμασίως· ὥστε μηδὲν οὕτω μηδὲ μικρὸν μεγάλῳ
τὴν μορφὴν ὅμοιον γεγονέναι. Εἰ μὴ, νὴ Δία, καὶ πρὸς
τὰς ὁμοιότητας αἰγυπτιάζοντες, τὴν ὠκύτητα τοῦ ζώου
θεῖον ἡγοῦνται, καὶ τὴν ἀκρίβειαν τῶν αἰσθητηρίων· ὅ, τε
γὰρ ὀφθαλμὸς ἄτρυτος ἐστὶν αὐτῶν, ὥστε καὶ καθεύδειν
ἀναπεπταμένοις τοῖς ὄμμασιν· ὀξυηκοΐα δὲ δοκεῖ δια-
φέρειν, ἣν Αἰγύπτιοι θαυμάσαντες, ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμ-
μασιν ἀκοὴν σημαίνουσι τοὺς λαγωοὺς γράφοντες. Τὸ δὲ
ὕειον κρέας οἱ ἄνδρες ἀφοσιοῦσθαι δοκοῦσιν ὅτι μάλιστα οἱ

F. 8. τοὺς λαγωοὺς] Forte οὓς λαγωοῦ : quod etiam Reiſkio videbatur.

abſtinere Judæos dicendum putemus, quod ut pollutos et impuros averſentur.

III. Non ſane aiebat ſermonem excipiens Lamprias, ſed lepore quidem abſtinent propter ſimilitudinem aſini, animalis maxime apud eos exoſi. Videtur enim lepus, magnitudine et celeritate excepta aſininus eſſe: nam et color, et aures, et nitor oculorum, et ſalſum mirabiliter convenit: ut nihil omnino tam parvum tam magno ſit, ad formam quod attinet, ſimile. Niſi mehercle etiam ob ſimilitudines æmulatione Ægyptiorum ducti, velocitatem animalis divinam reputant, itemque ſenſus inſtrumentorum ſubtilitatem. Nam leporum oculi adeo ſunt indefeſſi, ut etiam apertis iis dormiant. Celeritate autem exaudiendi videtur aliis anteire: cujus admiratione ducti Ægyptii in ſuis ſacris litteris picto lepore auditum ſignificant. Suillam autem carnem Judæi abomi-

βάρβαροι τὰς ἐπιλευκίας καὶ λέπρας δυσχεραίνουσι, καὶ τῇ
προσβολῇ τὰ τοιαῦτα καταβόσκεσθαι πάθη τοὺς ἀν-
θρώπους οἴονται. Πᾶσαν δὲ ὗν ὑπὸ τὴν γαστέρα 671
λέπρας ἀνάπλεων καὶ ψωρικῶν ἐξανθημάτων ὁρῶμεν· ἃ
δὴ, καχεξίας τινὸς ἐκγενομένης τῷ σώματι καὶ φθορᾶς,
ἐπιτρέχειν δοκεῖ τοῖς σώμασιν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ
θολερὸν περὶ τὴν δίαιταν τοῦ θρέμματος ἔχει τινὰ πο-
νηρίαν· οὐδὲν γὰρ ἄλλο βορβόρῳ χαῖρον οὕτω καὶ τόποις
ῥυπαροῖς καὶ ἀκαθάρτοις ὁρῶμεν, ἔξω λόγου τιθέμενοι, μετὰ
τὴν γένεσιν, καὶ τὴν φύσιν ἐν αὐτοῖς ἔχοντα τούτοις. Λέ-
γουσι δὲ καὶ τὰ ὄμματα τῶν ὑῶν οὕτως ἐγκεκλάσθαι καὶ
κατεσπάσθαι ταῖς ὄψεσιν, ὥστε μηδενὸς ἀντιλαμβάνεσθαι
μηδέποτε τῶν ἄνω, μηδὲ προσορᾶν τὸν οὐρανὸν, ἂν μὴ
φερομένων ὑπτίων ἀναστροφήν τινα παρὰ φύσιν αἱ κόραι B
λάβωσιν· διὸ καὶ μάλιστα κραυγῇ χρώμενον τὸ ζῶον,

F. 11. προσβολῇ τὰ τοιαῦτα καταβόσκεσθαι] Subeſt quid vitii, quod minime ſanatur προβολῇ ex Palat. et Vatic. In ſcriptis omnibus et editis ante Steph. plures ſunt hiatus in priore hujus loci parte, hoc modo : ἀφοσιοῦσθαι * κυσιν ὅτι μάλιστα * οἱ βάρβαροι.

A. 3. ἐκγενομένης] Legendum ἐγγενομένης. Mox, τιθέμενοι τὰ τὴν γένεσιν. Tum ἐγκεκλάσθαι dedi ex H, pro ἐκκεκλάσθαι. Monuit et Reiſk.

ſed quia equi præter morem otioſi læduntur pedes, adverſus quod damnum remedio eſt, ut quod maxime, apium: itaque in Iliade non invenies aliis equis apium exhibitum, aut aliquid ſimilis ſaporis. Sed Achilles, utpote medicus, cum equos ſolerter curavit: tum corpori ſuo deſidens in otio facillimam rationem victus ut ſaluberrimam procuravit: viros autem qui in pugna diem exegiſſent, exiſtimans non eo victu quo deſides eſſe tractandos, vinum præberi juſſit meracius. Alias quoque Achilles natura non videtur fuiſſe vinoſus, ſed immiti ingenio: ut quidam de eo dixerit.

Non etenim miti eſt animo, aut placabilis hic vir,
Sed valde rigidus.——

Atque ipſe quodam loco libere collaudans ſeipſum, *multas ſe inſomnes noctes* ait *exegiſſe:* cum ſane brevis ſomnus merum bibenti non ſufficiat. Et Agamemnoni convicium faciens, temulentum appellat, primo hoc vitium loco exprobrans, quod odiſſet maxime.

ταῦτα δὴ πάντα, λόγον εἶχεν αὐτὸν ἐννοῆσαι τῶν ἀνδρῶν ἐπιφανέντων, μή ποτε ἡ συνήθης κρᾶσις αὐτῷ τοῦ οἴνου C πρὸς ἐκείνους ἀνεμμελὴς καὶ ἀνάρμοστός ἐστιν.

Ut jam omnino rationi convenientiſſimum ſit, eum iſtis viris ad ſe venientibus operam dediſſe, ne vini mixtio, qua ipſe ſoleret uti, illis ob vini imbecillitatem non ſatis eſſet accommodata.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Ε΄.

Περὶ τῶν πολλοὺς ἐπὶ δεῖπνον καλούντων.

QUÆSTIO V.

De his qui multos ad cœnam vocant.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ. ΟΝΗΣΙΚΡΑΤΗΣ. ΛΑΜΠΡΙΑΣ Ὁ ΠΑΠΠΟΣ.

PERSONÆ COLLOQUII.

PLUTARCHUS. ONESICRATES. LAMPRIAS AVUS.

α΄. ΤΟ περὶ τὰς κατακλίσεις φαινόμενον ἄτοπον πλείονα λόγον παρέσχεν ἐν ταῖς ὑποδοχαῖς, ἃς ἐποιεῖτο τῶν φίλων ἕκαστος ἑστιῶν ἡμᾶς ἥκοντας ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας· ἐκαλοῦντο γὰρ ἀεὶ πολλοὶ τῶν ὁπωσοῦν προσήκειν δοκούντων, καὶ τὰ συμπόσια θορυβώδεις εἶχε τὰς συμπεριφορὰς, καὶ τὰς διαλύσεις ταχείας. Ἐπειδὴ δὲ Ὀνησι- D
κράτης ὁ ἰατρὸς οὐ πολλοὺς, ἀλλὰ τοὺς σφόδρα συνήθεις καὶ οἰκειοτάτους παρέλαβεν ἐπὶ τὸ δεῖπνον, ἐφάνη μοι τὸ

I. CUM Alexandrea rediremus, et nemo non amicorum nos convivio exciperet, factum eſt ut de diſcumbendo multi orirentur ſermones, cum res ea videretur difficultatibus patere: eo quod ſinguli multos, et utcunque eo pertinere creditos ad cœnam vocabant: itaque et in conviviis turbulenta fiebat converſatio, et mox eadem diſſolvebantur. Cum autem Oneſicrates medicus non multos, ſed admodum neceſſarios et intimos cœnæ adhibuiſſet, venit mihi in men-

λεγόμενον ὑπὸ Πλάτωνος αὐξομένῃ πόλει, οὐ πόλιν συμπόσια δεδόσθαι· καὶ τὸ συμποσίου μέγεθος ἱκανόν ἐστιν, ἄχρι οὗ συμπόσιον ἐθέλει μένειν· ἐὰν δὲ ὑπερβάλλῃ διὰ πλῆθος, ὡς μηκέτι προσήγορον ἑαυτῷ, μηδὲ συμπαθὲς εἶναι ταῖς φιλοφροσύναις μηδὲ γνώριμον, οὐδὲ συμπόσιόν ἐστι. Δεῖ γὰρ οὐχ, ὥσπερ ἐν στρατοπέδῳ, δι-
E αγγέλοις, οὐδὲ, ὥσπερ ἐν τριήρει, χρῆσθαι κελευσταῖς· αὐτοὺς δὲ δι᾽ ἑαυτῶν ἐντυγχάνειν ἀλλήλοις, ὥσπερ χοροῦ, τοῦ συμποσίου, τὸν κρασπεδίτην τῷ κορυφαίῳ συνήκοον ἔχοντος.

β'. Ἐμοῦ δὲ ταῦτα εἰπόντος, εἰς μέσον ἤδη φθεγξάμενος ὁ πάππος ἡμῶν Λαμπρίας, Ἆρα οὖν, εἶπεν, οὐ περὶ τὰ δεῖπνα μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς κλήσεις δεόμεθα τῆς ἐγκρατείας. Ἔστι γάρ τις, οἶμαι, καὶ φιλαν-

D. 4. αὐξομένῃ—δεδόσθαι] Sententia ſatis apparet ex Plat. Rep. IV. p. 446. E. Verba forte ita refingenda, ἐπ᾽ αὐξομένῃ πόλει, οὐκ ἐπὶ πόλει μᾶλλον ἢ συμποσίῳ λελέχθαι vel δεδόχθαι. Συμποσίῳ et Palat. habet. Alia eſt conjectura T. V. Anon. Mez. αὐξανομένην πόλιν τελευτῶσαν οὐδὲ πόλιν εἶναι, καὶ τελός τι συμποσίῳ δεδόσθαι.

E. 7. κλήσεις] Ita recte tres Græco-Latinæ Mez. Salmaſ. verſio Xyl. nec diſſenſus ab hac lectione notatus eſt ex quinque codicibus ſcriptis ad illas collatis. Editi omnes Ald. Baſ. Xyl. Steph. κλίσεις.

tem ejus quod Plato dixerat, de augmento urbium, poſſe ad convivia accommodari. Magnitudo enim convivii juſta eſt, quandiu convivium manere poteſt: ubi ob convivarum multitudinem modum excedit, ut jam compellationes, mutua comitas et notitia excludantur, ne convivium quidem eſt. Oportet enim non ut in exercitu internuntiis, aut in triremi juſſa gubernatoris renunciantibus uti: ſed unumquemque pro ſe cum aliis colloqui: cum convivii, chori in morem, perſonam imam ita collocare debeat, ut ſummam exaudire poſſit.

II. Hæc ego cum dicerem, avus noſter Lamprias in medium jam proloquens, Ergo, inquit, non in cœnando duntaxat, ſed et in vocando ad convivium, opus habemus moderatione. Eſt enim, puto,

θρωπίας ἀκρασία, μηδένα παρερχομένης τῶν συμποτῶν, ἀλλὰ πάντας ἑλκούσης ὡς ἐπὶ θέαν ἢ ἀκρόασιν. Ἔμοιγ' οὖν οὔτε ἄρτος οὔτε οἶνος ἐπιλείπων τοῖς κεκλημένοις, οὕτω δοκεῖ τὸν κεκληκότα ποιεῖν γελοῖον, ὡς χώρα καὶ F
τόπος· ὧν καὶ μὴ κεκλημένοις, ἀλλ' ἐπελθοῦσιν αὐτομάτως ξένοις καὶ ἀλλοτρίοις ἀεὶ παρεσκευασμένην ἀφθονίαν ὑπάρχειν δεῖ. Ἔτι δὲ ἄρτου μὲν καὶ οἴνου ἐπιλιπόντων, ἔστι καὶ τοὺς οἰκέτας ὡς κλέπτοντας αἰτιᾶσθαι· τόπου δὲ πενία καὶ κατανάλωσις εἰς πλῆθος ὀλιγωρία τις ἐστὶ τοῦ καλοῦντος. Εὐδοκιμεῖ δὲ θαυμαστῶς καὶ Ἡσίοδος, εἰπών,

Ἤ τοι μὲν πρώτιστα χάος γίνετ'.

χώραν γὰρ ἔδει καὶ τόπον προϋποκεῖσθαι τοῖς γινομένοις, οὐχ ὡς χθὲς ὁ ἐμὸς υἱὸς ἔφη τὸ Ἀναξαγόρειον, ἵν' ὁμοῦ 679
πάντα χρήματα, τὸ σύνδειπνον ἐποίησεν. Οὐ μὴν ἀλλὰ κἂν τόπος ὑπάρχῃ καὶ παρασκευή, τὸ πλῆθος αὐτὸ

A. 1. υἱὸς ἔφη τὸ Ἀναξαγόρειον] Malim υἱὸς, κατὰ τὸ Ἀναξαγόρειον.

etiam quædam humanitatis incontinentia, neminem compotorum præteriens, ſed omnes tanquam ad ſpectaculum aut ad auditionem trahens. Mihi quidem non ita ridiculum facturus videtur convivii præbitorem panis vel vini defectus, ut ſpatii et loci inopia: cujus oportebat ſemper copiam paratam eſſe non tantum invitatis, ſed ultro etiam ſupervenientibus hoſpitibus atque peregrinis. Jam panis aut vinum ſi non ſufficiat, culpam licet in ſervos tanquam furto rem ii minuerint conferre: loci inopia, in multitudinem inſumti, ſocordiæ eſt invitantis imputanda. Mirabiliter etiam probatur Heſiodus, quod cecinit,

Vaſtum principio chaos exſtitit.——

oportuit enim ſpatium et locum initio poni, ubi reciperentur res natæ: quod non obſervans meus filius, convivium heri tale inſtituit, in quo juxta Anaxagoræ dictum omnes res ſimul eſſent. Enimvero etſi loci apparatuſque ſit ſatis, tamen vitanda eſt convivarum multitudo, quæ communio-

φυλακτέον, ὡς ἄμικτον τὴν συνουσίαν ποιοῦν καὶ
ἀπροσήγορον· οἴνου γὰρ ἀνελεῖν ἧττόν ἐστι κακὸν, ἢ λόγου
κοινωνίαν ἐκ δείπνου. Διὸ καὶ Θεόφραστος ἄοινα συμ-
πόσια παίζων ἐκάλει τὰ κουρεῖα, διὰ τὴν λαλιὰν
τῶν προσκαθιζόντων. Λόγων δὲ κοινωνίαν ἀναιροῦσιν οἱ
πολλοὺς εἰς ταὐτὸ συμφοροῦντες, μᾶλλον δὲ ὀλίγους ποι-
B οῦσιν ἀλλήλοις συνεῖναι· καὶ κατὰ δύο γὰρ ἢ τρεῖς ἀπολαμ-
βάνοντες ἐντυγχάνουσι καὶ προσδιαλέγονται, τοὺς δὲ
πόρρω κατακειμένους οὐδὲ ἴσασιν οὐδὲ προσορῶσιν, ἵπ-
που δρόμον ἀπέχοντας,

'Η μὲν ἐπ' Αἴαντος κλισίας Τελαμωνιάδαο,
'Η δ' ἐπ' Ἀχιλλῆος.——

Ὅθεν οὐκ ὀρθῶς οἱ πλούσιοι νεανιεύονται κατασκευάζοντες οἴκους τριακοντακλίνους, καὶ μείζους· ἀμίκτων γὰρ αὕτη καὶ ἀφίλων δείπνων ἡ παρασκευὴ, καὶ πανηγυριάρχου μᾶλλον ἢ συμποσιάρχου δεομένων. Ἀλλ' ἐκείνοις μὲν

A. 5. οἴνου γὰρ] Revocavi ex Ald. Baſ. Xyl. E. H. Palat. Vatic. Stephanus ex Turn. Leonic. Schott. Anon. dederat οἶνον γάρ.

nem ſermonis et compellationum e convivio tollit: cum tolerabilius ſit vini, quam loquendi communicationem a cœna abeſſe. Itaque Theophraſtus jocans *tonſtrinas* appellavit *convivia vini expertia*, ob loquacitatem ibi deſidentium. Sermonis autem ſocietatem abolent, qui multos in unam cœnam ingerunt: immo id efficiunt, ut perpauci inter ſe colloquantur: duo enim aut tres proximi inter ſe confabulari poſſunt, longius remotos neque norunt, neque adſpiciunt, equi curſum diſtantes,

Hic ubi tendebat alii Telamonius Ajax,
Hic ubi Pelides alii.——

Proinde non recte divites luxuriant, domos ædificantes, triginta lectorum atque amplius capaces: is enim apparatus eſt conviviorum ab amicitiæ mutuo uſu alienorum, et ſolennis pompæ præſidem potius quam convivii rectorem requirentium. Verum illis cum venia hoc licet: inopes

ταῦτα συγγνώμην ποιεῖν· ἄπληστον γὰρ οἴονται τὸν πλοῦτον καὶ τυφλὸν ἀληθῶς, καὶ ἀδιέξοδον, ἂν μὴ μάρτυρας ἔχῃ, καθάπερ τραγῳδία, θεατάς· ἡμῖν δ' ἂν ἴαμα γένοιτο C
τοῦ πολλοὺς ὁμοῦ συνάγειν, τὸ πολλάκις κατ' ὀλίγους παραλαμβάνειν. Οἱ γὰρ σπανίως καὶ δι' ἅρματος, ὥς φασιν, ἑστιῶντες ἀναγκάζονται τὸν ὁπωσοῦν ἐπιτήδειον ἢ γνώριμον καταγράφειν· οἱ δὲ συνεχέστερον κατὰ τρεῖς ἢ τέτταρας ἀναλαμβάνοντες, ὥσπερ πορθμεῖα τὰ συμπόσια, κοῦφά τε ποιοῦσι. Ποιεῖ δέ τινα τοῦ πολλοῦ τῶν φίλων πλήθους διάκρισιν καὶ ὁ τῆς αἰτίας διηνεκὴς ἐπιλογισμός· ὡς γὰρ ἐπὶ τὰς χρείας οὐ πάντας, ἀλλὰ τοὺς ἁρμόττοντας ἑκάστῃ παρακαλοῦμεν, βουλευόμενοι μὲν, τοὺς φρονίμους, δικαζόμενοι δὲ, τοὺς λέγοντας, ἀποδημοῦντες δὲ, τοὺς ἐλαφροὺς μάλιστα τοῖς βιωτικοῖς καὶ σχολὴν ἄ-

C. 1. τραγῳδία] Ita omnes editi Ald. Baſ. Xyl. Steph. nec diſſentit E. H. Venet. At Gr. Latinæ tres habent τραγῳδίαι nec ab iis diſſenſus notatur ex Palat. Vatic.

C. 3. δι' ἅρματος] Ita omnes libri, recte necne, et quo ſenſu, non dicam. Steph. corrigit ἐκ διάρματος, non addens ſententiam. Plura reponimus in Animadverſiones.

C. 7. κοῦφά τε ποιοῦσι] Forte addendum καὶ εὐσταλῆ. Infra ἐπιτηδείως pro ἐπιτηδείους ſumtum ex Baſ. Xyl. Mez.

enim et vere cæcas putant fore divitias et incluſas, ſi non tanquam in tragœdia teſtes habeant ſpectatores. Nobis ne multos ſimul invitemus hoc erit remedii, ut ſæpenumero paucos vocemus. Nam qui raro admodum, et, quod aiunt, per harma convivia inſtruunt, iis neceſſitas incumbit unumquemque familiarium et notorum in numerum convivarum cooptandi. Qui frequentius, ternos aut quaternos vocando convivia navium inſtar quibus amnes trajiciuntur laxa et levia reddunt. Cæterum diſcrimen aliquod multitudinis amicorum facit cauſſæ adſidua ratiocinatio. Ut enim ad negotia non univerſos eorum, ſed ſingulos ad ea advocamus, ad quæ apti ſunt, ad deliberationem prudentes, ad cauſſam dicendam diſertos, ad peregrinationem quibus victus eſt expeditus et otium: ita ad convivia quoque

D γονεῦσι· οὕτως ἐν ταῖς ὑποδοχαῖς ἑκάστοτε τοὺς ἐπιτηδείους παραληπτέον. Ἐπιτήδειοι δὲ, τῷ μὲν ἡγεμόνι δειπνίζοντι συνδειπνεῖν, οἵ τε ἄρχοντες, ἐὰν ὦσι φίλοι, καὶ οἱ πρῶτοι τῆς πόλεως· ἐν δὲ γάμοις, ἢ καὶ γενεθλίοις, οἱ κατὰ γένος προσήκοντες, καὶ Διὸς ὁμογνίου κοινωνοῦντες· ἐν δὲ ταῖς τοιαύταις ὑποδοχαῖς, ἢ προπομπαῖς, τοὺς ἐκείνων μάλιστα κεχαρισμένους εἰς ταὐτὸ συνακτέον. Οὐδὲ γὰρ θεῷ θύοντες, πᾶσι τοῖς ἄλλοις θεοῖς, μάλιστα καὶ συννάοις καὶ συμβώμοις κατευχόμεθα· ἀλλὰ τριῶν κρατήρων κιρναμένων, τοῖς μὲν ἀπὸ τοῦ πρώτου σπένδομεν, τοῖς δ' ἀπὸ τοῦ δευτέρου, τοῖς δ' ἀπὸ τοῦ τελευταίου· φθόνος γὰρ E ἔξω θείου χοροῦ ἵσταται· θεῖος δέ που καὶ ὁ τῶν φίλων χορὸς εὐγνωμόνως διανεμόμενος ἐν ταῖς συμπεριφοραῖς.

D. 8. *μάλιστα καὶ—κατευχόμεθα*] Primo, legendum *μάλιστα δέ*. Ceterum ſecuti ſumus Palat. et Mez. loco vulgatæ *σὺν ναοῖς καὶ σὺν βωμοῖς*.

ſubinde idonei ſunt adhibendi. Idoneos voco, principi convivium præbenti eos qui magiſtratum gerunt, ſiquidem amici ſunt, et proceres civitatis: in nuptiis autem et natalitiis, qui genere attingunt, et Jovis Homognii ſunt participes. Atque in talibus conviviis et feſtivitatibus maxime illi convocandi ſunt, qui invicem in bona ſunt gratia. Neque enim cum deo alicui ſacrificamus, omnibus ſimul etiam vota facimus, quantumvis eodem in templo, eodem altari colantur: ſed cum tres miſceantur crateres, aliis e primo, e ſecundo aliis, ſunt quibus e tertio libamus. Invidia namque extra deorum ſtat chorum. Divinus autem nimirum etiam amicorum eſt chorus benevole diſtributus in conviviis.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ ϛ'.

Τίς αἰτία τῆς ἐν ἀρχῇ στενοχωρίας τῶν δειπνούντων, εἶτα ὕστερον εὐρυχωρίας.

QUÆSTIO VI.

Quid cauſſæ ſit, quid initio cœnæ, anguſte: poſtmodo, laxe ſedetur.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΛΑΜΠΡΙΑΣ Ὁ ΠΑΠΠΟΣ. ΑΛΛΟΙ.

PERSONÆ COLLOQUII.

LAMPRIAS AVUS. ALII.

ῬΗΘΕΝΤΩΝ δὲ τούτων, εὐθὺς ἐζητεῖτο περὶ τῆς F
ἐν ἀρχῇ στενοχωρίας τῶν κατακειμένων, εἶτα ἀνέσεως· οὗ τοὐναντίον εἰκὸς ἦν συμβαίνειν διὰ τὴν ἐπὶ τοῦ δείπνου πλήρωσιν. Ἔνιοι μὲν οὖν ἡμῶν τὸ σχῆμα τῆς κατακλίσεως ᾐτιῶντο· πλατεῖς γὰρ ὡς ἐπίπαν κατακειμένους δειπνεῖν, ἅτε δὴ τὴν δεξιὰν προτείνοντας ἐπὶ τὰς τραπέζας· δειπνήσαντας δὲ ἀναστρέφειν αὐτοὺς μᾶλλον ἐπὶ

F. 3. ἐπὶ τοῦ δείπνου] Mez. rectius, ἀπὸ τοῦ δείπνου.

HIS dictis, illico quæſitum fuit de anguſtia accumbentium initio, ac deinde laxatione: cum videatur contrarium debuiſſe fieri, corporibus in cœna diſtentis. Fuerunt qui formam diſcumbendi cauſſarentur, omnino enim in latum diſcumbere nos, ut qui dextras in menſam protendamus: cœnati autem magis in latus nos obvertamus, corporiſque figuram acutam reddamus: neque jam ſecundum

πλευρὰν, ὀξὺ τὸ σχῆμα ποιοῦντας τοῦ σώματος καὶ οὐκ ἔθ', ὡς εἰπεῖν, κατ' ἐπίπεδον, ἀλλὰ κατὰ γραμμὴν τῆς
680 χώρας ἁπτομένους, ὥσπερ οὖν οἱ ἀστράγαλοι τόπον ἐλάττω κατέχουσιν ὀρθοὶ πίπτοντες ἢ πρηνεῖς, οὕτως ἡμῶν ἕκαστον ἐν ἀρχῇ μὲν ἐπὶ στόμα προνεύειν ἀποβλέποντα πρὸς τὴν τράπεζαν, ὕστερον δὲ μετασχηματίζειν ἐπὶ βάθος ἐκ πλάτους τὴν κατάκλισιν. Οἱ δὲ πολλοὶ τὴν συνένδοσιν τῆς στρωμνῆς προσεφέροντο· θλιβομένην γὰρ ἐν τῇ κατακλίσει πλατύνεσθαι καὶ διαχωρεῖν ὥσπερ τῶν ὑποδημάτων τὰ τριβόμενα, κατὰ μικρὸν ἐπιδιδόντα καὶ χαλῶντα τοῖς πόροις, εὐρυχωρίαν τῷ ποδὶ καὶ ἀναστροφὴν παρέχει. Ὁ δὲ πρεσβύτης ἅμα παίζων, Δύο, ἔφη, τὸ αὐτὸ συμπόσιον ἀνομοίους ἔχειν ἐπιστάτας τε καὶ ἡγε-
B μόνας, ἐν ἀρχῇ μὲν τὸν λιμὸν, ᾧ τῶν τακτικῶν οὐδὲν μέτεστιν, ὕστερον δὲ τὸν Διόνυσον, ὃν πάντες ἄριστον γεγονέναι στρατηγὸν ὁμολογοῦσιν· ὥσπερ οὖν ὁ Ἐπαμεινώνδας, εἴς τινα δυσχωρίαν τῶν στρατηγῶν ὑπὸ ἀπειρίας εἰσβαλλόν-

A. 7. διαχωρεῖν] Forte, διαχαλᾶν.

ſuperficiem fere, ſed ad lineam, ſpatium occupemus. Sicut ergo tali minus loci occupant ſi recti, quam ſi proni cadant: ita unumquemque noſtrum principio in faciem proclinari, dum in menſam intuemur: deinde transformare accubitum in altitudinem ex latitudine. Plerique ſtragulo cauſſam adſcribebant: id enim dum accumbitur, dilatari et laxius fieri: quomodo calcei attritu paulatim diducuntur et pedi ſpatium concedunt. Senex autem jocans, Duos, inquit, convivium habet diſſimiles præfectos ac duces: initio famem, quæ plane expers eſt artis inſtruendorum ordinum: deinceps Liberum Patrem, quem ducendi exercitus peritiſſimum fuiſſe apud omnes in confeſſo eſt. Sicut ergo Epaminondas exercitum inſcitia ducum in anguſtias conjectum

των τὴν φάλαγγα περιπίπτουσαν ἑαυτῇ καὶ ταρασσομένην ὑπολαβὼν, ἐξέλυσε καὶ κατέστησεν εἰς τάξιν· οὕτως ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ συμπεφορημένους ὑπὸ τοῦ λιμοῦ κυνηδὸν ἄρτι παραλαμβάνων ὁ Λυαῖος θεὸς καὶ Χορεῖος εἰς τάξιν ἱλαρὰν καὶ φιλάνθρωπον καθίστησιν.

B, 5. ταρασσομένην—ἐξέλυσε] Prius eſt ex V. Mèz. Palat. poſterius ex Anon. et conjectura Stephani. Poterat et cum Xylandro corrigi ἐξέλισσε.

et ſe invicem conturbantem et atterentem, ipſe in ducis partes ſuccedens evoluit, inque ordinem reduxit: ita nos ab initio a fame confuſe in unum conductos et permiſtos nactus Bacchus, qui Lyæus et Choreius a ſolvendo et choris inſtituendis dicitur, in ordinem venuſtum atque humanum componit.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Ζʹ.

Περὶ τῶν καταβασκαίνειν λεγομένων.

QUÆSTIO VII.

De his qui faſcinare dicuntur.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΜΕΤΡΙΟΣ ΦΛΩΡΟΣ. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ. ΣΩΚΛΑΡΟΣ.
ΠΑΤΡΟΚΛΕΥΣ. ΓΑΙΟΣ.

PERSONÆ COLLOQUII.

METRIUS FLORUS. PLUTARCHUS. SOCLARUS.
PATROCLES. CAIUS.

c αʹ. ΠΕΡΙ τῶν καταβασκαίνειν λεγομένων, καὶ βάσκανον ἔχειν ὀφθαλμὸν, ἐμπεσόντος λόγου περὶ δεῖπνον, οἱ μὲν ἄλλοι παντάπασιν ἐξεφλυάριζον τὸ πρᾶγμα, καὶ κατεγέλων· ὁ δὲ ἑστιῶν ἡμᾶς Μέτριος Φλῶρος ἔφη, Τὰ μὲν γινόμενα τῇ φήμῃ θαυμαστῶς βοηθεῖν· τῷ δὲ αἰτίας ἀπορεῖν ἀπιστεῖσθαι τὴν ἱστορίαν οὐ δικαίως, ὅπου μυρίων ἐμφανῆ τὴν οὐσίαν ἐχόντων, ὁ τῆς αἰτίας λόγος ἡμᾶς δια-

C. 3. ἐξεφλυάριζον] Malim ἐξεφλαύριζον cum T. V. Anon.

I. CUM in cœna ſermo incidiſſet de iis qui faſcinare dicuntur, et oculum habere faſcinatorem: fuerunt qui totam rem nugas eſſe dicerent atque deriderent. At Metrius Florus, qui nos convivio exceperat, Famam, inquit, mirabiliter adſerunt ea quæ eveniunt: ſed ignoratio cauſſæ fidem hiſtoriæ derogat: injuria id quidem. Etenim innumera ſunt, quorum cum ſubſtantia in aperto ſit, cauſſæ

πέφθεγγεν· ὅλως δέ, εἶπεν, ὁ ζητῶν ἐν ἑκάστῳ τὸ εὔλογον, ἐκ πάντων ἀναιρεῖ τὸ θαυμάσιον. Ὅπου γὰρ ὁ τῆς D
αἰτίας ἐπιλείπει λόγος, ἐκεῖθεν ἄρχεται τὸ ἀπορεῖν, τουτέστι τὸ φιλοσοφεῖν· ὥστε τρόπον τινὰ φιλοσοφίαν ἀναιροῦσιν οἱ τοῖς θαυμασίοις ἀπιστοῦντες. Δεῖ δέ, ἔφη, τὸ μὲν διὰ τί γίνεται, τῷ λόγῳ μετεῖναι· τὸ δὲ ὅτι γίνεται, παρὰ τῆς ἱστορίας λαμβάνειν. Ἱστορεῖται δὲ πολλὰ τοιαῦτα· γινώσκομεν γὰρ ἀνθρώπους τῷ καταβλέπειν τὰ παιδία μάλιστα βλάπτοντας, ὑγρότητι τῆς ἕξεως καὶ ἀσθενείᾳ τρεπομένης ὑπ' αὐτῶν καὶ κινουμένης ἐπὶ τὸ χεῖρον· ἧττον δὲ τῶν στερεῶν καὶ πεπηγότων ἤδη τοῦτο πασχόντων. Καί-
τοι τούς γε περὶ τὸν Πόντον οἰκοῦντας πάλαι Θηβεῖς E
προσαγορευομένους, ἱστορεῖ Φύλαρχος, οὐ παιδίοις μόνον ἀλλὰ καὶ τελείοις ὀλεθρίους εἶναι· καὶ γὰρ τὸ βλέμμα καὶ τὴν ἀναπνοὴν καὶ τὴν διάλεκτον αὐτῶν προσδεχομένους, τή-

E. 1. Θηβεῖς] Ita libri fere omnes: excepto V. Θηβίως, et Baſ. Xyl. Θυβεῖς. Salmaſ. ex Plin. p. 34. E. Θιβεῖς. H. Valeſ. Emend. V, 18. Θιβαεῖς.

tamen nos latent. Omnino autem qui in ſingulis probabilitatem requirit, is quod mirabile eſt ex omnibus rebus tollit. Atqui ubi cauſſæ ratio deficit, ibi dubitare et inquirere, hoc eſt philoſophari, incipimus; ut philoſophiam quodammodo perimant, qui admirabilibus fidem detrahunt. Oportet vero cur unumquodque fiat, cauſſam ratione inveſtigare: an fiat, ex hiſtoriis eſt percipiendum. Narrantur autem multa talia. Novimus enim homines, qui intuendo infantibus potiſſimum noceant, qui ob humiditatem habitus ſui imbecillitatemque ab iſtis adficiuntur atque in deterius mutantur: cum ſolidis et compactis jam corporibus hoc minus accidat. Phylarchus ſane refert Thibios qui olim circa Pontum habitaverunt, non infantibus modo ſed adultis etiam exitium attuliſſe: obtutu enim eorum, ſpiritu ac ſermone adfectos, tabuiſſe et ægrotaſſe: idque ſenſerunt, ut

κεσθαι καὶ νοσεῖν· ᾔσθοντο δὲ, ὡς ἔοικε, τὸ γινόμενον οἱ μιγάδες, οἰκέτας ἐκεῖθεν ὠνίους ἐξάγοντες. Ἀλλὰ τούτων τὸ μὲν ἴσως ἧττόν ἐστι θαυμαστόν· ἡ γὰρ ἐπαφὴ καὶ συνανάχρωσις ἔχει τινὰ φαινομένην πάθους ἀρχήν· καὶ καθάπερ τὰ τῶν ἄλλων ὀρνέων πτερὰ τοῖς τοῦ ἀετοῦ συντεθέντα διόλλυται ψυχόμενα καὶ ἀπανθεῖ τῶν πτίλων μυδώντων, οὕ-
F τως οὐδὲν ἀπέχει καὶ ἀνθρώπου ψαῦσιν, τὴν μὲν ὠφέλιμον εἶναι, τὴν δὲ ἀπηνῆ καὶ βλαβεράν· τὸ δὲ καὶ προσβλεφθέντας ἀδικεῖσθαι, συμβαίνει μὲν ὥσπερ εἴρηκα· τῷ δὲ τὴν αἰτίαν ἔχειν δυσθήρατον, ἀπιστεῖται.

β'. Καὶ μὴν, ἔφην ἐγὼ, τρόπον τινὰ τῆς αἰτίας αὐτὸς ἴχνος τι καὶ τρίβον ἀνεύρηκας, ἐπὶ τὰς ἀποῤῥοίας τῶν σωμάτων ἀφικόμενος· καὶ γὰρ ἡ ὀσμὴ καὶ ἡ φωνὴ καὶ τὸ ῥεῦμα τῆς ἀναπνοῆς ἀποφοραί τινές εἰσι τῶν ζώων καὶ μέρη κινοῦντα

E. 5. οἱ μιγάδες, οἰκέτας] Probo Valeſii οἱ μιγάδας οἰκέτας præ Salmaſii οἱ μαγάδες οἰκέτας. Illud in Verſionem recepi.

E. 6. Ἀλλὰ τούτων τὸ μὲν] Legendum, Ἀλλὰ τὸ μὲν τούτων.

E. 10. ψυχόμενα καὶ ἀπανθεῖ] Prius forte mutandum in ψιλούμενα cum T. V. Poſterius recepi quando non modo eſſet in T. V. Anon. Mez. ſed etiam Palat.

F. 5. αὐτὸς] Sumſi a Xyl. Mez. Vulgo, αὐτοῖς. T. V. Anon. αὐτῆς.

apparet, inde emtos qui advenas ſervos eduxerunt. Sed de his hoc quidem fortaſſe minus eſt mirum. Contrectatio enim et contagium habet quoddam apparens adfectionis principium. Et quemadmodum reliquarum avium pennæ ſi cum aquilæ componantur pennis, pereunt defluentibus ob putredinem plumis: ita nihil impedit, quo minus hominis contactus alius utilis ſit, alius damnoſus. Quod autem damno aliquis afficitur tantum inſpiciente altero, id evenit quidem ſicut dixi: non creditur autem quia cauſſam habet indagatu difficilem.

II. At vero, inquam ego, quodammodo tute cauſſæ veſtigium quoddam callemque venandæ attigiſti, ad defluxus corporum perveniendo. Odor enim, vox, et fluxus halitus ſunt quidam defluxus a corporibus animalium delati, et quaſi partes eorum, ac ſenſui

τὰς αἰσθήσεις, ὅταν ὑπ' αὐτῶν περιπεσόντων πάθωσι.
Πολὺ δὲ μᾶλλον εἰκός ἐστι τῶν ζώων ἀποφέρεσθαι τὰ 681
τοιαῦτα διὰ τὴν θερμότητα, καὶ τὴν κίνησιν, οἱονεί τινα
σφυγμὸν καὶ κλόνον ἔχοντος τοῦ πνεύματος, ὑφ' οὗ τὸ σῶ-
μα κρουόμενον ἐνδελεχῶς ἐκπέμπει τινὰς ἀποῤῥοίας.
Μάλιστα δὲ τοῦτο γίνεσθαι διὰ τῶν ὀφθαλμῶν, εἰκός
ἐστι· πολυκίνητος γὰρ ἡ ὄψις οὖσα, μετὰ πνεύματος, αὐγὴν
ἀφιέντος πυρώδη, θαυμαστήν τινα διασπείρει δύναμιν, ὥστε
πολλὰ καὶ πάσχειν καὶ ποιεῖν δι' αὐτῆς τὸν ἄνθρωπον. Ἡ-
δοναῖς τε γὰρ συμμέτροις καὶ ἀηδίαις, ὑπὸ τῶν ὁρατῶν
τρεπόμενος, συνέχεται· καὶ τῶν ἐρωτικῶν, ἃ δὴ μέγιστα καὶ
σφοδρότατα παθήματα τῆς ψυχῆς ἐστιν, ἀρχὴν ἡ ὄψις B
ἐνδίδωσιν· ὥστε ῥεῖν καὶ λείβεσθαι τὸν ἐρωτικὸν, ὅταν ἐμ-
βλέπῃ τοῖς καλοῖς, οἷον ἐρχόμενον εἰς αὐτούς. Διὸ καὶ
θαυμάσειεν ἄν τις, οἶμαι, μάλιστα τῶν πάσχειν μὲν καὶ

A. 6. αὐγὴν] Sumſi ex T. V. Vulgo male, αὐτήν.
A. 9. συμμέτροις] Non ſanum videtur. Mez. οὐ μετρίοις. Malim ἀναριθμήτοις, niſi nimium a vulgatæ veſtigiis recederet.
B. 3. ἐρχόμενον] Forte ἐκχεόμενον, vel ἑλκόμενον.

accidentes adficiunt eos. Ac multo magis probabile eſt talia a corporibus animalium deferri, ob calorem et motum ſpiritui quaſi palpitatione quadam et conturbatione ingenerata: qua corpus adſidue pulſatum quoſdam emittit defluxus. Maxime autem id fieri ab oculis, conſentaneum eſt. Viſus enim cum multis cieatur motibus, cum ſpiritu quem emittit, ſimul mirabilem quandam igneam vim diſſeminat: cujus opera multa homo cum patitur, tum agit. Voluptatibus quippe moderatis, et item moleſtiis adficitur homo a viſibilibus rebus quæ offeruntur: et amores, quibus nullus vehementior animis motus accidit, ab adſpectu principium ducunt; adeo ut fluat et quaſi liqueſcat amans, cum intuetur in id quod amat, inque id veluti tranſit. Itaque maxime puto miretur aliquis eos, qui lædi videndo hominem

κακοῦσθαι τὸν ἄνθρωπον διὰ τῆς ὄψεως οἰομένων, οὐκ-
έτι δὲ δρᾷν καὶ βλάπτειν. Αἱ γὰρ ἀντιβλέψεις τῶν ἐν
ὥρᾳ, καὶ τὸ διὰ τῶν ὀμμάτων ἐκπίπτον, εἴτε ἄρα φῶς,
εἴτε ῥεῦμα, τοὺς ἐρῶντας ἐντήκει καὶ ἀπόλλυσι μεθ᾽ ἡδο-
νῆς ἀλγηδόνι μεμιγμένης, ἣν αὐτοὶ γλυκύπικρον ὀνομά-
ζουσιν· οὔτε γὰρ ἁπτομένοις, οὔτε ἀκούουσιν οὕτω τιτρώσ-
κεσθαι συμβαίνει καὶ πάσχειν, ὡς προσβλεπομένοις καὶ
C προσβλέπουσι. Τοιαύτη γὰρ γίνεται διάδοσις καὶ ἀνά-
φλεξις ἀπὸ τῆς ὄψεως· ὥστε παντελῶς ἀπειράτους ἔρωτος
ἡγεῖσθαι τοὺς τὸν Μηδικὸν νάφθαν θαυμάζοντας ἐκ δια-
στήματος ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀναφλεγόμενον· αἱ γὰρ τῶν
καλῶν ὄψεις, κἂν πάνυ πόῤῥωθεν ἀντιβλέψωσι, πῦρ
ἐν ταῖς τῶν ἐρωτικῶν ψυχαῖς ἀνάπτουσι. Καὶ μὴν τό
γε τῶν ἰκτερικῶν βοήθημα πολλάκις ἱστοροῦμεν· ἐμβλέ-
ποντες γὰρ τῷ χαραδρίῳ θεραπεύονται· τοιαύτην ἔοικε τὸ
ζῷον φύσιν καὶ κρᾶσιν ἔχειν, ὥστε ἕλκειν καὶ δέχεσθαι τὸ

B. 8. ἐντήκει] Immo ἐκτήκει.
C. 6. ἐν ταῖς] Sic Palat. T. Anon. Mez. Vulgo, ἐντός.

cum ſentiant, agere et lædere itidem, id vero negant. Mutui enim formoſorum obtutus, et quod per oculos ęxcidit, ſive id lumen eſt, ſive fluxus quidam, amatores colliquat atque perdit dolore voluptati permixto, quem ipſi *Glycypicron*, (id eſt dulcamarum,) nominant. Nam neque tangentes, neque audientes, ita vulnerantur et adficiuntur, ut cum inſpiciunt et inſpiciuntur. Adeo enim diditur incendium ab oculis, ut neceſſe ſit plane ignaros eſſe amoris, qui Medicam naphtham mirantur ignem ex intervallo ad ſe rapere: cum formoſorum corporum adſpectus etiam e longinquo reſpicientium ignem in animis amore captorum accendant. Præterea regio qui laborant morbo, eos ſæpenumero cognovimus ſanari ſi in avem charadrium (ſive ea ſit rupex) inſpiciant: tali natura, videtur, præditum eſſe animal, ut morbum e corpore adfecti elabentem ad ſe trahat, atque

ΠΡΟΒΛΗΜΑ ϛʹ.

Τίς αἰτία τῆς ἐν ἀρχῇ στενοχωρίας τῶν δειπνούντων, εἶτα ὕστερον εὐρυχωρίας.

QUÆSTIO VI.

Quid cauſſæ ſit, quid initio cœnæ, anguſte: poſtmodo, laxe ſedetur.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΛΑΜΠΡΙΑΣ Ὁ ΠΑΠΠΟΣ. ΑΛΛΟΙ.

PERSONÆ COLLOQUII.

LAMPRIAS AVUS. ALII.

ʽΡΗΘΕΝΤΩΝ δὲ τούτων, εὐθὺς ἐζητεῖτο περὶ τῆς F
ἐν ἀρχῇ στενοχωρίας τῶν κατακειμένων, εἶτα ἀνέσεως· οὐ
τοὐναντίον εἰκὸς ἦν συμβαίνειν διὰ τὴν ἐπὶ τοῦ δείπνου πλή-
ρωσιν. Ἔνιοι μὲν οὖν ἡμῶν τὸ σχῆμα τῆς κατακλίσεως
ᾐτιῶντο· πλατεῖς γὰρ ὡς ἐπίπαν κατακειμένους δειπ-
νεῖν, ἅτε δὴ τὴν δεξιὰν προτείνοντας ἐπὶ τὰς τραπέ-
ζας· δειπνήσαντας δὲ ἀναστρέφειν αὐτοὺς μᾶλλον ἐπὶ

F. 3. ἐπὶ τοῦ δείπνου] Mez. rectius, ἀπὸ τοῦ δείπνου.

HIS dictis, illico quæſitum fuit de anguſtia accumbentium initio, ac deinde laxatione: cum videatur contrarium debuiſſe fieri, corporibus in cœna diſtentis. Fuerunt qui formam diſcumbendi cauſſarentur, omnino enim in latum diſcumbere nos, ut qui dextras in menſam protendamus: cœnati autem magis in latus nos obvertamus, corporiſque figuram acutam reddamus: neque jam ſecundum

πλευρὰν, ὀξὺ τὸ σχῆμα ποιοῦντας τοῦ σώματος καὶ οὐκ ἔθ', ὡς εἰπεῖν, κατ' ἐπίπεδον, ἀλλὰ κατὰ γραμμὴν τῆς
680 χώρας ἁπτομένους, ὥσπερ οὖν οἱ ἀστράγαλοι τόπον ἐλάττω κατέχουσιν ὀρθοὶ πίπτοντες ἢ πρηνεῖς, οὕτως ἡμῶν ἕκαστον ἐν ἀρχῇ μὲν ἐπὶ στόμα προνεύειν ἀποβλέποντα πρὸς τὴν τράπεζαν, ὕστερον δὲ μετασχηματίζειν ἐπὶ βάθος ἐκ πλάτους τὴν κατάκλισιν. Οἱ δὲ πολλοὶ τὴν συνένδοσιν τῆς στρωμνῆς προεφέροντο· θλιβομένην γὰρ ἐν τῇ κατακλίσει πλατύνεσθαι καὶ διαχωρεῖν ὥσπερ τῶν ὑποδημάτων τὰ τριβόμενα, κατὰ μικρὸν ἐπιδιδόντα καὶ χαλῶντα τοῖς πόροις, εὐρυχωρίαν τῷ ποδὶ καὶ ἀναστροφὴν παρέχει. Ὁ δὲ πρεσβύτης ἅμα παίζων, Δύο, ἔφη, τὸ αὐτὸ συμπόσιον ἀνομοίους ἔχειν ἐπιστάτας τε καὶ ἡγε-
B μόνας, ἐν ἀρχῇ μὲν τὸν λιμὸν, ᾧ τῶν τακτικῶν οὐδὲν μέτεστιν, ὕστερον δὲ τὸν Διόνυσον, ὃν πάντες ἄριστον γεγονέναι στρατηγὸν ὁμολογοῦσιν· ὥσπερ οὖν ὁ Ἐπαμεινώνδας, εἴς τινα δυσχωρίαν τῶν στρατηγῶν ὑπὸ ἀπειρίας εἰσβαλλόν-

A. 7. διαχωρεῖν] Forte, διαχαλᾶν.

ſuperficiem fere, ſed ad lineam, ſpatium occupemus. Sicut ergo tali minus loci occupant ſi recti, quam ſi proni cadant: ita unumquemque noſtrum principio in faciem proclinari, dum in menſam intuemur: deinde transformare accubitum in altitudinem ex latitudine. Plerique ſtragulo cauſſam adſcribebant: id enim dum accumbitur, dilatari et laxius fieri: quomodo calcei attritu paulatim diducuntur et pedi ſpatium concedunt. Senex autem jocans, Duos, inquit, convivium habet diſſimiles præfectos ac duces: initio famem, quæ plane expers eſt artis inſtruendorum ordinum: deinceps Liberum Patrem, quem ducendi exercitus periſſimum fuiſſe apud omnes in confeſſo eſt. Sicut ergo Epaminondas exercitum inſcitia ducum in anguſtias conjectum

των τὴν φάλαγγα περιπίπτουσαν ἑαυτῇ καὶ ταρασσομένην ὑπολαβὼν, ἐξέλυσε καὶ κατέστησεν εἰς τάξιν· οὕτως ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ συμπεφορημένους ὑπὸ τοῦ λιμοῦ κυνηδὸν ἄρτι παραλαμβάνων ὁ Λυαῖος θεὸς καὶ Χορεῖος εἰς τάξιν ἱλαρὰν καὶ φιλάνθρωπον καθίστησιν.

B, 5. ταρασσομένην—ἐξέλυσε] Prius eſt ex V. Mèz. Palat. poſterius ex Anon. et conjectura Stephani. Poterat et cum Xylandro corrigi ἐξέλισσε.

et ſe invicem conturbantem et atterentem, ipſe in ducis partes ſuccedens evoluit, inque ordinem reduxit: ita nos ab initio a fame confuſe in unum conductos et permiſtos nactus Bacchus, qui Lyæus et Choreius a ſolvendo et choris inſtituendis dicitur, in ordinem venuſtum atque humanum componit.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Ζ'.

Περὶ τῶν καταβασκαίνειν λεγομένων.

QUÆSTIO VII.

De his qui faſcinare dicuntur.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΜΕΤΡΙΟΣ ΦΛΩΡΟΣ. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ. ΣΩΚΛΑΡΟΣ. ΠΑΤΡΟΚΛΕΥΣ. ΓΑΙΟΣ.

PERSONÆ COLLOQUII.

METRIUS FLORUS. PLUTARCHUS. SOCLARUS. PATROCLES. CAIUS.

C α'. ΠΕΡΙ τῶν καταβασκαίνειν λεγομένων, καὶ βάσκανον ἔχειν ὀφθαλμὸν, ἐμπεσόντος λόγου παρὰ δεῖπνον, οἱ μὲν ἄλλοι παντάπασιν ἐξεφλυάριζον τὸ πρᾶγμα, καὶ κατεγέλων· ὁ δὲ ἑστιῶν ἡμᾶς Μέτριος Φλῶρος ἔφη, Τὰ μὲν γινόμενα τῇ φήμῃ θαυμαστῶς βοηθεῖν· τῷ δὲ αἰτίας ἀπορεῖν ἀπιστεῖσθαι τὴν ἱστορίαν οὐ δικαίως, ὅπου μυρίων ἐμφανῆ τὴν οὐσίαν ἐχόντων, ὁ τῆς αἰτίας λόγος ἡμᾶς διαφ-

C. 3. ἐξεφλυάριζον] Malim ἐξεφλαύριζον cum T. V. Anon.

I. CUM in cœna ſermo incidiſſet de iis qui faſcinare dicuntur, et oculum habere faſcinatorem: fuerunt qui totam rem nugas eſſe dicerent atque deriderent. At Metrius Florus, qui nos convivio exceperat, Famam, inquit, mirabiliter adſerunt ea quæ eveniunt: ſed ignoratio cauſſæ fidem hiſtoriæ derogat: injuria id quidem. Etenim innumera ſunt, quorum cum ſubſtantia in aperto ſit, cauſſæ

πέφευγεν· ὅλως δὲ, εἶπεν, ὁ ζητῶν ἐν ἑκάστῳ τὸ εὔλογον, ἐκ πάντων ἀναιρεῖ τὸ θαυμάσιον. Ὅπου γὰρ ὁ τῆς D
αἰτίας ἐπιλείπει λόγος, ἐκεῖθεν ἄρχεται τὸ ἀπορεῖν, τουτέστι τὸ φιλοσοφεῖν· ὥστε τρόπον τινὰ φιλοσοφίαν ἀναιροῦσιν οἱ τοῖς θαυμασίοις ἀπιστοῦντες. Δεῖ δὲ, ἔφη, τὸ μὲν διὰ τί γίνεται, τῷ λόγῳ μετιέναι· τὸ δὲ ὅτι γίνεται, παρὰ τῆς ἱστορίας λαμβάνειν. Ἱστορεῖται δὲ πολλὰ τοιαῦτα· γινώσκομεν γὰρ ἀνθρώπους τῷ καταβλέπειν τὰ παιδία μάλιστα βλάπτοντας, ὑγρότητι τῆς ἕξεως καὶ ἀσθενείᾳ τρεπομένης ὑπ' αὐτῶν καὶ κινουμένης ἐπὶ τὸ χεῖρον· ἧττον δὲ τῶν στερεῶν καὶ πεπηγότων ἤδη τοῦτο πασχόντων. Καί-
τοι τούς γε περὶ τὸν Πόντον οἰκοῦντας πάλαι Θηβεῖς E
προσαγορευομένους, ἱστορεῖ Φύλαρχος, οὐ παιδίοις μόνον ἀλλὰ καὶ τελείοις ὀλεθρίους εἶναι· καὶ γὰρ τὸ βλέμμα καὶ τὴν ἀναπνοὴν καὶ τὴν διάλεκτον αὐτῶν προσδεχομένους, τή-

E. 1. Θηβεῖς] Ita libri fere omnes: excepto V. Θηβίως, et Baſ. Xyl. Θιβεῖς. Salmaſ. ex Plin. p. 34. E. Θιβεῖς. H. Valeſ. Emend. V, 18. Θιβαῖς.

tamen nos latent. Omnino autem qui in ſingulis probabilitatem requirit, is quod mirabile eſt ex omnibus rebus tollit. Atqui ubi cauſſæ ratio deficit, ibi dubitare et inquirere, hoc eſt philoſophari, incipimus; ut philoſophiam quodammodo perimant, qui admirabilibus fidem detrahunt. Oportet vero cur unumquodque fiat, cauſſam ratione inveſtigare: an fiat, ex hiſtoriis eſt percipiendum. Narrantur autem multa talia. Novimus enim homines, qui intuendo infantibus potiſſimum noceant, qui ob humiditatem habitus ſui imbecillitatemque ab iſtis adficiuntur atque in deterius mutantur: cum ſolidis et compactis jam corporibus hoc minus accidat. Phylarchus ſane refert Thibios qui olim circa Pontum habitaverunt, non infantibus modo ſed adultis etiam exitium attuliſſe: obtutu enim eorum, ſpiritu ac ſermone adfectos, tabuiſſe et ægrotaſſe: idque ſenſerunt, ut

χέσθαι καὶ νοσεῖν· ᾔσθοντο δὲ, ὡς ἔοικε, τὸ γινόμενον οἱ μιγάδες, οἰκέτας ἐκεῖθεν ὠνίους ἐξάγοντες. Ἀλλὰ τούτων τὸ μὲν ἴσως ἧττόν ἐστι θαυμαστόν· ἡ γὰρ ἐπαφὴ καὶ συναναχρῶσις ἔχει τινὰ φαινομένην πάθους ἀρχήν· καὶ καθάπερ τὰ τῶν ἄλλων ὀρνέων πτερὰ τοῖς τοῦ ἀετοῦ συντεθέντα διόλλυται ψυχόμενα καὶ ἀπανθεῖ τῶν πτίλων μυδώντων, οὕ-
F τως οὐδὲν ἀπέχει καὶ ἀνθρώπου ψαῦσιν, τὴν μὲν ὠφέλιμον εἶναι, τὴν δὲ ἀπηνῆ καὶ βλαβεράν· τὸ δὲ καὶ προσβλεφθέντας ἀδικεῖσθαι, συμβαίνει μὲν ὥσπερ εἴρηκα· τῷ δὲ τὴν αἰτίαν ἔχειν δυσθήρατον, ἀπιστεῖται.

β΄. Καὶ μὴν, ἔφην ἐγὼ, τρόπον τινὰ τῆς αἰτίας αὐτὸς ἴχνος τι καὶ τρίβον ἀνεύρηκας, ἐπὶ τὰς ἀποῤῥοίας τῶν σωμάτων ἀφικόμενος· καὶ γὰρ ἡ ὀσμὴ καὶ ἡ φωνὴ καὶ τὸ ῥεῦμα τῆς ἀναπνοῆς ἀποφοραί τινές εἰσι τῶν ζώων καὶ μέρη κινοῦντα

E. 5. οἱ μιγάδες, οἰκέτας] Probo Valeſii οἱ μιγάδας οἰκέτας præ Salmaſii οἱ μαγδάδες οἰκέτας. Illud in Verſionem recepi.

E. 6. Ἀλλὰ τούτων τὸ μὲν] Legendum, Ἀλλὰ τὸ μὲν τούτων.

E. 10. ψυχόμενα καὶ ἀπανθεῖ] Prius forte mutandum in ψιλούμενα cum T. V. Poſterius recepi quando non modo eſſet in T. V. Anon. Mez. ſed etiam Palat.

F. 5. αὐτὸς] Sumſi a Xyl. Mez. Vulgo, αὐτοῖς. T. V. Anon. αὐτῆς.

apparet, inde emtos qui advenas ſervos eduxerunt. Sed de his hoc quidem fortaſſe minus eſt mirum. Contrectatio enim et contagium habet quoddam apparens adfectionis principium. Et quemadmodum reliquarum avium pennæ ſi cum aquilæ componantur pennis, pereunt defluentibus ob putredinem plumis: ita nihil impedit, quo minus hominis contactus alius utilis ſit, alius damnoſus. Quod autem damno aliquis afficitur tantum inſpiciente altero, id evenit quidem ſicut dixi: non creditur autem quia cauſſam habet indagatu difficilem.

II. At vero, inquam ego, quodammodo tute cauſſæ veſtigium quoddam callemque venandæ attigiſti, ad defluxus corporum perveniendo. Odor enim, vox, et fluxus halitus ſunt quidam defluxus a corporibus animalium delati, et quaſi partes eorum, ac ſenſui

τὰς αἰσθήσεις, ὅταν ὑπ' αὐτῶν προσπεσόντων πάθωσι. Πολὺ δὲ μᾶλλον εἰκός ἐστι τῶν ζώων ἀποφέρεσθαι τὰ 681
τοιαῦτα διὰ τὴν θερμότητα, καὶ τὴν κίνησιν, οἱονεί τινα σφυγμὸν καὶ κλόνον ἔχοντος τοῦ πνεύματος, ὑφ' οὗ τὸ σῶμα κρουόμενον ἐνδελεχῶς ἐκπέμπει τινὰς ἀποῤῥοίας. Μάλιστα δὲ τοῦτο γίνεσθαι διὰ τῶν ὀφθαλμῶν, εἰκός ἐστι· πολυκίνητος γὰρ ἡ ὄψις οὖσα, μετὰ πνεύματος, αὐγὴν ἀφιέντος πυρώδη, θαυμαστήν τινα διασπείρει δύναμιν, ὥστε πολλὰ καὶ πάσχειν καὶ ποιεῖν δι' αὐτῆς τὸν ἄνθρωπον. Ἡδοναῖς τε γὰρ συμμέτροις καὶ ἀηδίαις, ὑπὸ τῶν ὁρατῶν τρεπόμενος, συνέχεται· καὶ τῶν ἐρωτικῶν, ἃ δὴ μέγιστα καὶ σφοδρότατα παθήματα τῆς ψυχῆς ἐστιν, ἀρχὴν ἡ ὄψις B
ἐνδίδωσιν· ὥστε ῥεῖν καὶ λείβεσθαι τὸν ἐρωτικὸν, ὅταν ἐμβλέπῃ τοῖς καλοῖς, οἷον ἐρχόμενον εἰς αὐτούς. Διὸ καὶ θαυμάσειεν ἄν τις, οἶμαι, μάλιστα τῶν πάσχειν μὲν καὶ

A. 6. *αὐγὴν*] Sumſi ex T. V. Vulgo male, *αὐτήν*.
A. 9. *συμμέτροις*] Non ſanum videtur. Mez. *οὐ μετρίοις*. Malim *ἀναριθμήτοις*, niſi nimium a vulgatæ veſtigiis recederet.
B. 3. *ἐρχόμενον*] Forte *ἐκχεόμενον*, vel *ἑλκόμενον*.

accidentes adficiunt eos. Ac multo magis probabile eſt talia a corporibus animalium deferri, ob calorem et motum ſpiritui quaſi palpitatione quadam et conturbatione ingenerata: qua corpus adſidue pulſatum quoſdam emittit defluxus. Maxime autem id fieri ab oculis, conſentaneum eſt. Viſus enim cum multis cieatur motibus, cum ſpiritu quem emittit, ſimul mirabilem quandam igneam vim diſſeminat: cujus opera multa homo cum patitur, tum agit. Voluptatibus quippe moderatis, et item moleſtiis adficitur homo a viſibilibus rebus quæ offeruntur: et amores, quibus nullus vehementior animis motus accidit, ab adſpectu principium ducunt; adeo ut fluat et quaſi liqueſcat amans, cum intuetur in id quod amat, inque id veluti tranſit. Itaque maxime puto miretur aliquis eos, qui lædi videndo hominem

κακοῦσθαι τὸν ἄνθρωπον διὰ τῆς ὄψεως οἰομένων, οὐκέτι δὲ δρᾷν καὶ βλάπτειν. Αἱ γὰρ ἀντιβλέψεις τῶν ἐν ὥρᾳ, καὶ τὸ διὰ τῶν ὀμμάτων ἐκπίπτον, εἴτε ἀέρα φῶς, εἴτε ῥεῦμα, τοὺς ἐρῶντας ἐντήκει καὶ ἀπόλλυσι μεθ' ἡδονῆς ἀλγηδόνι μεμιγμένης, ἣν αὐτοὶ γλυκύπικρον ὀνομάζουσιν· οὔτε γὰρ ἁπτομένοις, οὔτε ἀκούουσιν οὕτω τιτρώσκεσθαι συμβαίνει καὶ πάσχειν, ὡς προσβλεπομένοις καὶ
C προσβλέπουσι. Τοιαύτη γὰρ γίνεται διάδοσις καὶ ἀνάφλεξις ἀπὸ τῆς ὄψεως· ὥστε παντελῶς ἀπειράτους ἔρωτος ἡγεῖσθαι τοὺς τὴν Μηδικὸν νάφθαν θαυμάζοντας ἐκ διαστήματος ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀναφλεγόμενον· αἱ γὰρ τῶν καλῶν ὄψεις, κἂν πάνυ πόῤῥωθεν ἀντιβλέψωσι, πῦρ ἐν ταῖς τῶν ἐρωτικῶν ψυχαῖς ἀνάπτουσι. Καὶ μὴν τό γε τῶν ἰκτερικῶν βοήθημα πολλάκις ἱστοροῦμεν· ἐμβλέποντες γὰρ τῷ χαραδρίῳ θεραπεύονται· τοιαύτην ἔοικε τὸ ζῷον φύσιν καὶ κρᾶσιν ἔχειν, ὥστε ἕλκειν καὶ δέχεσθαι τὸ

B. 8. ἐντήκει] Immo ἐκτήκει.
C. 6. ἐν ταῖς] Sic Palat. T. Anon. Mez. Vulgo, ἐντός.

cum ſentiant, agere et lædere itidem, id vero negant. Mutui enim formoſorum obtutus, et quod per oculos excidit, ſive id lumen eſt, ſive fluxus quidam, amatores colliquat atque perdit dolore voluptati permixto, quem ipſi *Glycypicron*, (id eſt dulcamarum,) nominant. Nam neque tangentes, neque audientes, ita vulnerantur et adficiuntur, ut cum inſpiciunt et inſpiciuntur. Adeo enim diditur incendium ab oculis, ut neceſſe ſit plane ignaros eſſe amoris, qui Medicam naphtham mirantur ignem ex intervallo ad ſe rapere: cum formoſorum corporum adſpectus etiam e longinquo reſpicientium ignem in animis amore captorum accendant. Præterea regio qui laborant morbo, eos ſæpenumero cognovimus ſanari ſi in avem charadrium (ſive ea ſit rupex) inſpiciant: tali natura, videtur, præditum eſſe animal, ut morbum e corpore adfecti elabentem ad ſe trahat, atque

πάθος ἐκπίπτον, ὥσπερ ῥεῦμα, διὰ τῆς ὄψεως· ὅθεν οὐ προσβλέπουσιν οἱ χαράδριοι τοὺς ἴκτερον ἔχοντας, οὐδὲ D
καρτεροῦσιν, ἀλλ᾽ ἀποστρέφονται, καὶ τὰ ὄμματα συγκλείσαντες ἔχουσιν· οὐ φθονοῦντες, ὡς ἔνιοι νομίζουσι, τῆς ἀπ᾽ αὐτῶν ἰάσεως, ἀλλ᾽ ὥσπερ ὑπὸ πληγῆς τιτρωσκόμενοι. Τῶν δὲ ἄλλων νοσημάτων μάλιστα καὶ τάχιστα τὰς ὀφθαλμίας ἀναλαμβάνουσιν οἱ συνόντες· οὕτω δύναμιν ἔχει ὀξεῖαν ἡ ὄψις ἐνδοῦναι καὶ προσβαλεῖν ἑτέρῳ πάθους ἀρχήν.

γ΄. Καὶ μάλ᾽, ἔφη, λέγεις ὀρθῶς, ὁ Πατροκλέας· ἐπί γε τῶν σωματικῶν· τὰ δὲ τῆς ψυχῆς, ὧν ἐστι καὶ τὸ βασκαίνειν, τίνα τρόπον, καὶ πῶς διὰ τῆς ὄψεως τὴν βλάβην εἰς τοὺς ὁρωμένους διαδίδωσιν. Οὐκ οἶσθα, ἔφην, E
ὅτι πάσχουσα ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα διατίθησιν; ἐπίνοιαι γὰρ ἀφροδισίων ἐγείρουσιν αἰδοῖα, καὶ θυμοὶ κυνῶν ἐν ταῖς πρὸς τὰ θηρία γινομέναις ἁμίλλαις, ἀποσβεννύουσι τὰς ὁράσεις πολλάκις καὶ τυφλοῦσι· λῦπαι καὶ φιλαργυρίαι καὶ

D. 1. τὺς ἴκτερον] τὺς ſumſi a Palat. Mez. pro vulgato τόν.
D. 10. ἐπί γε] Sic Palat. Vatic. Xyl. T. V. Vulgo, ἐπεί γε.

recipiat oculis tanquam defluentem quendam humorem: itaque charadrius arquatum non intuetur, neque ſuſtinet, ſed clauſis oculis ſe avertit: non invidens, ut putant nonnulli, remedium quod ab ipſo petitur, ſed quia quaſi ictu quodam ſauciatur. De reliquis morbis cum maxime tum facillime lippitudinis contagium ad una degentes pervenit: tam acrem habet vim Viſus adficiendi alterum.

III. Admodum recte dicis, inquit Patrocles, de corporis quidem affectibus: ſed quæ in animo ſunt, ut eſt etiam invidia, quonam pacto vel modo per oculos damnum conſpectis inferunt? Neſcis vero, aiebam, adfectum animum corpus afficere? Atqui et cogitatione actus venerei pudenda eriguntur, et excandeſcentiæ canum in certaminibus adverſus feras ſæpe lumina exſtinguunt atque excæcant: tum

ζηλοτυπίαι τὰ χρώματα τρέπουσι, καὶ καταξαίνουσι τὰς ἕξεις· ὧν οὐδενὸς ὁ φθόνος ἧττον ἐνδύεσθαι τῇ ψυχῇ πεφυκὼς, ἀναπίμπλησι καὶ τὸ σῶμα πονηρίας, ἣν οἱ ζωγράφοι καλῶς ἐπιχειροῦσιν ἀπομιμεῖσθαι, τὸ τοῦ φθόνου
F πρόσωπον ὑπογράφοντες. Ὅταν οὖν οὕτως ὑπὸ τοῦ φθονεῖν διατιθέντες ἀπερείδωσι τὰς ὄψεις, αἱ δὲ ἔγγιστα τεταγμέναι τῆς ψυχῆς σπάσωσι τὴν κακίαν, ὥσπερ πεφαρμαγμένα βέλη προσπίπτωσιν, οὐδὲν, οἶμαι, συμβαίνει παράλογον, οὐδὲ ἄπιστον ἐκείνους ὃ τοὺς προσορωμένους· καὶ γὰρ τὰ δήγματα τῶν κυνῶν χαλεπώτερα γίνεται μετ᾽ ὀργῆς δακνόντων· καὶ τὰ σπέρματα τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἅπτεσθαί φασιν ὅταν ἐρῶντες πλησιάζωσι· καὶ ὅλως τὰ πάθη τὰ τῆς ψυχῆς ἐπιρρώννυσι, καὶ ποιεῖ σφοδροτέρας τὰς τοῦ σώματος δυνάμεις. Διὸ καὶ τὸ τῶν λεγομένων προβασκανίων γένος οἴονται πρὸς τὸν

E. 9. καλῶς—τὸ τοῦ φθόνου] καλῶς ex E. H. T. V. Anon. Xyl. τὸ ex Palat. Mez.

F. 2. διατιθέντες—προσορωμένους] Primo corrigendum διατεθέντες. Deinde conjeci: οὐδὲν, οἶμαι, συμβαίνει παράλογον οὐδὲ ἄπιστον, ἂν ὥσπερ πεφαρμαγμένα βέλη προσπίπτωσιν ἐκείνοις τοῖς προσορωμένοις. Nec repudiandum Mez. acumen, σπάσασαι τὴν κακίαν, ὥσπερ πεφ. βέλη προσπίπτωσιν—ἄπιστον εἰ κινοῦσι τοὺς προσορωμένους.

animi ægritudo, avaritia, rivalitas, colorem mutant, habitumque corporis adfligunt. Nullo autem horum minus invidentia ubi animum ſubiit, corpus quoque pravitate occupat: quam pictores probe conantur pingendo livoris vultu exprimere. Sic ergo invidia adfecti cum intendunt oculos in aliquem, radios tanquam veneno imbuta jacula excipientibus partibus animo proximis, nihil, puto, abſurdi fit ſi læditur in quem illi ſunt intuiti. Nam et morſus canum graviores ſunt ſi irati mordeant: et ſemina hominum efficaciora, ſi amantes coëant: et univerſe animi adfectionibus facultates corporis roborantur atque intenduntur. Itaque eorum quæ adverſus faſcinum amuleta dicuntur,

φθόνον ὠφελεῖν, ἑλκομένης διὰ τὴν ἀτοπίαν τῆς ὄψεως, 682 ὥστε ἧττον ἐπερείδειν τοῖς πάσχουσιν. Αὗταί σοι, εἶπον, ὦ Φλῶρε, συμβολαὶ τῆς εὐωχίας ἀπηριθμείσθωσαν.

δ'. Καὶ ὁ Σώκλαρος, Ἄν γε, ἔφη, πρότερον ἡμεῖς αὐτὰς δοκιμάσωμεν· ἔστι γὰρ ὅ, τι τοῦ λόγου καταφαίνεται κίβδηλον. Εἰ γὰρ ἃ λέγουσι πολλοὶ περὶ τῶν βασκαινομένων, ὡς ἀληθῆ τίθεμεν, οὐκ ἀγνοεῖς δήπουθεν ὅτι καὶ φίλους καὶ οἰκείους, ἔνιοι δὲ καὶ πατέρας ἔχειν ὀφθαλμὸν βάσκανον ὑπολαμβάνουσιν, ὥστε μὴ δεικνύναι τὰς γυναῖκας αὐτοῖς τὰ παιδία, μηδὲ πολὺν ἐᾶν χρόνον ὑπὸ τῶν τοιούτων καταβλέπεσθαι· πῶς οὖν ἔτι δόξει φθόνου τὸ πάθος εἶναι; τί δέ, ὦ πρὸς τοῦ Διός, ἐρεῖς περὶ τῶν B ἑαυτοὺς καταβασκαίνειν λεγομένων; καὶ γὰρ τοῦτο ἀκήκοας· εἰ δὲ μή, πάντως ταῦτα ἀνέγνωκας,

Καλαὶ μέν ποτ' ἔσαν καὶ αἱ φόβαι Εὐτελίδαο·

A. 3. ἀπηριθμείσθωσαν] Nil varietatis e ſcriptis allatum. Rectius ἀπηριθμήσθωσαν ut Ald. Baſ. Xyl. vel ἀπηριθμηθήτωσαν, juſta forma.

B. 4. Εὐτελίδαο] Sic E. Venet. Palat. Vatic. T. V. paulo ante αἱ ex T. V. Anon. Vulgo, καὶ φόβαι Εὐτελίδα. Verſu ſecundo βασκαίνει Steph. Xyl. Leonic. Schott. et ſcripti excepto Vatic. qui cum Ald. Baſ. et tribus Gr. Lat. habet βασκαίνειν. Ibidem αὐτὸν pro αὐτὸν ex Salmaſ. Tertio verſu, forte legendum Δίνῃ ἐν ποταμῷ.

prodeſſe uſum putant contra livorem, avertentia Viſum ut minus penetret in eos qui inſpiciuntur. Hoc ego, inquam, tibi convivii cauſſa ſymbolum perſolvero.

IV. Tum Soclarus, Siquidem, inquit, nos prius id probemus: eſt enim aliquid in tua oratione, quod adulterinum videtur. Nam ſi pro veris habemus ea, quæ vulgo de faſcinantibus dicuntur: non ignoras ſcilicet, quod amicos et domeſticos, quidam vero etiam patres oculum habere faſcinantem putant, ideoque uxores ipſis prolem non oſtendunt, neque ab hiſce diu conſpici ſinunt. Quomodo ergo invidiæ faſcinus imputabitur? Quid obſecro dices de his qui faſcinare ſemetipſos feruntur? Utique enim auditum tibi hoc eſt: aut ſaltem iſtud legiſti,

Quondam pulcher erat crinibus Euteli-das.
Sed ſeſe ipſe videns placidis in fluminis undis,

Ἀλλ' αὐτὸν βασκαίνει ἰδὼν ὀλοφώϊος ἀνὴρ
Δινήεντι ποταμῷ· τὸν δ' αὐτίκα νοῦσος ἀεικής.

ὁ γὰρ Εὐτελίδας λέγεται, καλὸς ἑαυτῷ φανεὶς, καὶ παθών τι πρὸς τὴν ὄψιν, ἐκ τούτου νοσῆσαι, καὶ τὴν εὐεξίαν μετὰ τῆς ὥρας ἀποβαλεῖν. Ἀλλ' ὅρα πῶς ἔχεις εὑρεσιλογίας πρὸς τὰς τοιαύτας ἀτοπίας.

C ε'. Ἄλλως μὲν, ἔφην, καὶ μάλα ἱκανῶς· πίνων δὲ, ὡς ὁρᾷς, ἐκ τῆς τηλικαύτης κύλικος οὐκ ἀτόλμως. Λέγω δὲ ὅτι τὰ μὲν πάθη πάντα ταῖς ψυχαῖς ἐμμείναντα πολὺν χρόνον, ἕξεις ἐνεργάζεται πονηράς· αὗται δὲ, ὅταν ἰσχὺν φύσεως λάβωσιν, ὑπὸ τῆς τυχούσης κινούμεναι προφάσεως, πολλάκις καὶ ἄκοντας ἐπὶ τὰ οἰκεῖα καὶ συνήθη καταφέρουσι πάθη. Σκόπει δὲ τοὺς δειλοὺς, ὅτι καὶ τὰ σώζοντα φοβοῦνται· καὶ τοὺς ὀργίλους, ὅτι καὶ τοῖς φιλτάτοις δυσκολαίνουσι· καὶ τοὺς ἐρωτικοὺς καὶ ἀκολάστους, ὅτι τελευτῶντες

C. 1. Ἄλλως μὲν—ταῖς ψυχαῖς] ἔφην eſt ex V. Amiot. Xyl. Mez. καὶ μάλα mutandum in οὐ μάλα: tum δὲ ὅτι ipſe correxi. Vulgo, Ἄλλως μὲν, ἔφη, καὶ μάλα—οὐκ ἀτόλμως λέγω· διότι τὰ μὲν πάθη πάντα τῆς ψυχῆς. Ultimum ταῖς ψυχαῖς eſt ex Palat.

Livore infamis perdidit invidiæ.
Faſcinus attraxit morbum, formamque peremit.

Ferunt enim hunc Eutelidam ſibi ipſi viſum forma inſigni, eoque adſpectu adfectum, hinc in morbum incidiſſe, valetudinemque cum forma amiſiſſe. Sed vide quid comminiſci poſſis, quo iſthæc abſurda amoliare.

V. Alias, inquam, non admodum hoc fecero commode. Nunc autem, qui e tanto, ut vides, calice bibam, intrepide cauſſam eſſe hanc pronuncio. Igitur dico, omnes animi adfectiones ſi diu inhæreant, pravos ingenerare habitus: qui ubi vim naturæ adepti ſunt, quavis occaſione concitati ſæpenumero etiam invitos ad familiares impellant adfectiones. Id adeo animadvertere poſſis in timidis, qui ſalutaria etiam metuunt: in iracundis, qui cariſſimis etiam ſunt difficiles: in amatoribus et libidinoſis,

οὐδὲ τῶν ἁγιωτάτων ἀπέχεσθαι δύνανται σωμάτων. Ἡ D γὰρ συνήθεια δεινὴ πρὸς τὸ οἰκεῖον ἐξάγειν τὴν διάθεσιν· καὶ τὸν ἀκροσφαλῶς ἔχοντα, πᾶσι προσπταίειν ἀνάγκη τοῖς ὑποπίπτουσιν. Ὥστε οὐκ ἄξιον θαυμάζειν τοὺς τὴν φθονητικὴν καὶ βασκανητικὴν ἀπειργασμένους ἐν ἑαυτοῖς ἕξιν, εἰ καὶ πρὸς τὰ οἰκεῖα κατὰ τὴν τοῦ πάθους ἰδιότητα κινοῦνται· κινούμενοι δὲ οὕτως, ὃ πεφύκασιν, οὐχ ὃ βούλονται, ποιοῦσιν. Ὡς γὰρ ἡ σφαῖρα κινεῖσθαι σφαιρικῶς, καὶ κυλινδρικῶς ἡ κύλινδρος ἀναγκάζεται κατὰ τὴν τοῦ σχήματος διαφοράν· οὕτω τὸν φθονερὸν ἡ διάθεσις φθονητικῶς πρὸς ἅπαντα κινεῖ. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ καταβλάπτειν εἰκός ἐστιν αὐτοὺς τὰ οἰκεῖα καὶ E ποθούμενα μᾶλλον. Ὁ δὲ βέλτιστος Εὐτελίδας, καὶ ὅσοι λέγονται καταβασκαίνειν ἑαυτοὺς οὐκ ἀλόγως μοι δοκοῦσι τοῦτο πάσχειν. Σφαλερὸν γὰρ ἡ ἐπ' ἄκρον εὐεξία,

D. 5. βασκανητικὴν] Rectius βασκαντικήν. E. H. βασκανιτικήν.

D. 8. ἡ σφαῖρα—ἡ κύλινδρος] Vulgo, ὁ σφ.—ἡ κ. Articuli perperam permutati. Priori quidem loco repoſui, ex Ald. Baſ. Xyl. Pal. Vat. Poſteriore nil variant libri: itaque reliqui.

E. 2. μᾶλλον. Ὁ δὲ] Palat. μᾶλλον· διὸ καὶ βλάπτουσι μᾶλλον. Ὁ δὲ—quod ſi germanum eſt, ut videtur, auctarium, paulo ante legendum καταβλέπειν. Mox ὃ ante καὶ ὅσοι delevi cum Mez.

qui ad extremum ne ſanctiſſimis quidem abſtinent corporibus. Magna enim vis eſt conſuetudinis habitum ad familiarem adfectionem deducendi: et qui ad lapſum ſunt proclives, eos neceſſe eſt obvia quæque offendere. Quare admiratione non eſt dignum, eos qui invidendi et faſcinandi habitum ſibi paraverunt, ea adfectione etiam adverſus ſuos commoveri: quod ubi fit, non quod volunt, ſed quod naturæ ipſorum congruit faciunt. Sicut enim globus globi in morem, cylindrus cylindri modo volvitur, ob diverſitatem figuræ: ita invidum invidioſe adverſum omnia ciet invidia. Et vero conſentaneum eſt a talibus maxime ſua et quæ cara habent lædi. Præclarus autem ille Eutelidas, et qui alii ſeſe dicuntur faſcinaſſe, non ſine cauſſa id videntur paſſi. Lubrica enim res eſt, ut ait Hippocrates, admodum valida

κατὰ τὸν Ἱπποκράτην· καὶ τὰ σώματα προελθόντα μέχρι τῆς ἄκρας ἀκμῆς, οὐχ ἕστηκεν, ἀλλὰ ῥέπει καὶ ταλαντεύεται πρὸς τοὐναντίον· ὅταν οὖν ἐπίδοσιν ἀθρόαν λάβωσιν καὶ βέλτιον ἢ προσεδόκων ἔχοντας ἑαυτοὺς ἐπιβλέπωσιν, ὥστε θαυμάζειν καὶ κατασκοπεῖν, τὸ σῶμα τῆς μεταβολῆς
F ἐγγύς ἐστι, καὶ φερόμενοι ταῖς ἕξεσι πρὸς τὸ χεῖρον, ἑαυτοὺς καταβασκαίνειν. Τοῦτο δὲ γίνεται μᾶλλον ἀπὸ τῶν πρὸς ὕδασιν ἢ τισιν ἄλλοις ἐσόπτροις ὑφισταμένων ῥευμάτων· ἀναπνεῖ γὰρ ἐπ' αὐτοὺς τοὺς ὁρῶντας, ὥστε οἷς ἑτέρους ἔβλαπτον, αὐτοὺς κακοῦσθαι. Τοῦτο δ' ἴσως καὶ περὶ τὰ παιδία γινόμενον καταψεύδεται πολλάκις τὴν αἰτίαν τῶν ἐνορώντων.

ϛ'. Ἐμοῦ δὲ παυσαμένου, Γάϊος ὁ Φλώρου γαμβρὸς, Τῶν δὲ Δημοκριτείων, ἔφη, εἰδώλων, ὥσπερ Αἰγιέων ἢ Μεγαρέων, ἀριθμὸς οὐδεὶς οὐδὲ λόγος· ἅ φησιν ἐκεῖνος

E. 6. ῥέπει—καὶ βελτίον] Prius ex Palat. pro incertæ auctoritatis vulgata πίπτει. Tum καὶ aſſumtum ex T. V.

F. 2. καταβασκαίνειν] Addendum δοκοῦσι, vel λέγονται ex V.

F. 4. ἀναπνεῖ] Sic E. H. Palat. Vatic. Ceteri omnes ἀναπνεῖν.

corporis conſtitutio: et corpora ubi ad ſummum provecta ſunt vigorem non conſiſtunt, ſed momento in contrarium impelluntur. Cum ergo, confertim auctis corporibus, ſe ipſos melius quam expectaviſſent adfectos vident, ita ut ſeſe contemplentur atque admirentur: tum corpora mutationi propinqua ſunt, et in deterius porro habitu vergente, ſe ipſos faſcinare putantur. Idque magis fit ab aqua, quam ab aliis ſpeculis, quando undæ ſubſiſtunt; reſpirat enim in ipſos intuentes; ut quibus aliis nocuerunt, ipſi ſe lædant. Atque hoc fortaſſis etiam puerulis accidens, ſæpe facit ut falſo cauſſa in intuentes conferatur.

VI. Ut finem dicendi feci, Caius Flori gener, Democritea vero, inquit, viſa nobis in nullo ſunt numero, nulla eorum, veluti de Ægienſibus et Megarenſibus proverbio dicitur, ratio habetur? quæ is ab invidis emitti ait, neque

ἐξιέναι τοὺς φθονοῦντας, οὔτε αἰσθήσεως ἄμοιρα παντάπα- 683
σιν, οὔτε ὁρμῆς, ἀνάπλεά τε τῆς ἀπὸ τῶν προϊεμένων μοχ-
θηρίας καὶ βασκανίας· μεθ' ἧς ἐμπλασσόμενα, καὶ παρα-
μένοντα, καὶ συνοικοῦντα τοῖς βασκαινομένοις, ἐπιταράττειν
καὶ κακοῦν αὐτῶν τό, τε σῶμα καὶ τὴν διάνοιαν· οὕτως γὰρ,
οἶμαι, πως τὸν ἄνδρα τῇ δόξῃ, τῇ δὲ λέξει δαιμονίως
λέγειν καὶ μεγαλοπρεπῶς. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφην, ἀλλὰ
θαυμάζω πῶς ἔλαθον ὑμᾶς οὐδὲν ἄλλο τῶν ῥευμάτων
τούτων ἢ τὸ ἔμψυχον ἀφελὼν καὶ προαιρετικόν· ἵνα μὴ
με δόξητε πόῤῥω νυκτῶν οὐσῶν ὑμῖν ἐπάγοντα φάσμα- B
τα καὶ εἴδωλα πεπνυμένα καὶ φρονοῦντα μορμολύττεσθαι
καὶ διαταράττειν. Ἕωθεν οὖν, ἐὰν δοκῇ, περὶ τούτων
σκεψόμεθα.

A. 8. ἔλαθον ὑμᾶς] Sic H. Amiot. Xyl. Mez. In priori conſentit Ald. Baſ. E. in poſteriore T. V.

ſenſus plane expertia, neque impetus, plena malitiæ et livoris emittentium, quibus ſtipata et inhæreſcentia iis qui faſcinantur, hos turbent, corpuſque et animum eorum lædant. Sic enim puto ſentire hominem, hancque ſententiam divinis et magnificis extuliſſe verbis. Omnino vero, inquam. Sed miror qui non obſervaveritis, me de fluxibus iſtis nihil aliud quam animam et propoſitum voluntatis ademiſſe: ne putetis me adulta jam nocte viſa vobis et animata et intelligentia ſpectra offerentem, larvis vos terrere ac perturbare voluiſſe. Mane ergo, ſi videbitur, de his diſpiciemus.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Η'.

Διὰ τί τὴν μηλέαν ἀγλαόκαρπον ὁ ποιητὴς εἶπε, Ἐμπεδοκλῆς δὲ ὑπέρφλοια τὰ μῆλα.

QUÆSTIO VIII.

Cur malum Homerus aglaocarpum, (id eſt inſignem fructu:) Empedocles, mala hyperphlœa, dixerit.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ. ΤΡΥΦΩΝ. ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΙ.
ΛΑΜΠΡΙΑΣ Ὁ ΠΑΠΠΟΣ.

PERSONÆ COLLOQUII.

PLUTARCHUS. TRYPHON. GRAMMATICI.
LAMPRIAS AVUS.

α'. ἙΣΤΙΩΜΕΝΩΝ ἡμῶν ποτὲ ἐν Χαιρωνείᾳ, καὶ παρατεθείσης παντοδαπῆς ὀπώρας, ἐπῆλθέ τινι τῶν κα-
C τακειμένων ἀναφθέγξασθαι τὸν στίχον ἐκεῖνον,

Συκαῖ τε γλυκεραὶ καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι,

Καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι. Ζήτησις οὖν ἦν, διὰ τί τὰς μηλέας ὁ ποιητὴς ἀγλαοκάρπους ἐξαιρέτως προσεῖπεν. Καὶ Τρύφων μὲν ὁ ἰατρὸς ἔλεγε, Κατὰ τὴν πρὸς τὸ δένδρον εἰρῆσθαι σύγκρισιν, ὅτι μικρὸν ὂν κομιδῆ καὶ

I. CHÆRONEÆ quodam in convivio, cum omnis generis appoſita eſſent poma, cuidam una accumbentium ſubiit verſum Homeri pronunciare,

Egregio mali fructu, ficuſque ſuavis.

Hic quæſitum fuit, cur malum poëta peculiariter dignatus eſſet hoc nomine, ut præſtantem fructu diceret. Id Tryphon medicus aiebat factum comparatione fructus cum arbore, quem parva ad-

τὴν ὄψιν εὐτελές, καλὸν καὶ μέγαν ἐκφέρει τὸν καρπόν. Ἄλλος δέ τις ἔφη, Τὸ καλὸν ἐκ πάντων συντεθὲν, μόνῳ τούτῳ τῶν ἀκροδρύων ὁρᾶν ὑπάρχον· καὶ γὰρ τὴν ψαῦσιν ἔχει καθάπερ ἴον, ὥστε μὴ μολύνειν, ἀλλ' εὐωδίας ἀναπιμπλάναι τὸν ἁπτόμενον· καὶ τὴν γεῦσιν ἡδεῖαν, ὀσφραίνεσθαί τε καὶ ἰδεῖν ἐπιτερπέστατόν ἐστι· διὸ καὶ πάσας ὁμοῦ τι τὰς αἰσθήσεις προσαγόμενον, εἰκότως ἐπαινεῖσθαι.

β'. Ταῦτα μὲν οὖν ἔφαμεν ἡμεῖς μετρίως λέγεσθαι· D τοῦ δὲ Ἐμπεδοκλέους εἰρηκότος,

Οὕνεκεν ὀψίγονοί τε σίδαι καὶ ὑπέρφλοια μῆλα·

τὸ μὲν τῶν σιδῶν ἐπίθετον νοεῖν, ὅτι τοῦ φθινοπώρου λήγοντος ἤδη, καὶ τῶν καυμάτων μαραινομένων ἐκπέπτουσι τὸν καρπόν· ἀσθενῆ γὰρ αὐτῶν τὴν ὑγρότητα καὶ γλίσχραν οὖσαν οὐκ ἐᾷ λαβεῖν σύστασιν ὁ ἥλιος, ἂν μὴ μεταβάλλειν ὁ ἀὴρ ἐπὶ τὸ ψυχρότερον ἄρχηται· διὸ καὶ μόνον τοῦτό φησι Θεόφραστος τὸ δένδρον ἐν τῇ σκιᾷ βέλτιον

C. 8. συντεθὲν—καθάπερ ἴον] Prius ſumſi ex T. V. pro συντιθέντα. Palat. quidem συντεθέντων. Poſterius cum Reiſkio mutem in καθάριον.

D. 5. ἐκπέπτουσι] Variant libri veteres in hujus verbi forma, aliis ἐκπέτλουσι ferentibus. Equidem unam et conſtantem formam retinendam duxi.

deſumſiſſe ex Ariſtoteleis iis, quæ addita ratione ille ſcripſit. Rationem autem eſſe talem. Omnis aqua prius calefacta, magis refrigeratur: ut ea quæ regibus paratur, igni admota dum ferveat, vaſe dehinc multa nive accumulata circumdato frigidior redditur. Sicut etiam noſtra utique corpora ubi laverimus, facilius frigeſcunt: quia laxatio a calore accidens corpus multis meatibus patens ac rarius fecit; ut jam externum aërem confertim recipiens, vehementius mutetur. Ergo aqua dum e puteo hauritur icta, eaque agitatione præcalefacta, in aëre celerius refrigeratur.

II. Laudavimus ergo hoſpitem, qui fortiter memoriterque ſuam dixiſſet cauſſam. Ipſam vero rationem in dubium vocavimus. Aër enim in quo vas pendet, ſi frigidus eſt, quomodo aquam calefacit? ſi calidus, qui denuo refrigerat? abſurdum enim eſt idem ab eodem affici contrariis modis,

ἐναντία, μηδεμιᾶς διαφορᾶς γενομένης. Σιωπῶντος δ' αὐτοῦ καὶ διαποροῦντος, Οὐδὲν, ἔφην, δεῖν περὶ τοῦ ἀέρος διαπορεῖν· ἡ γὰρ αἴσθησις λέγει ὅτι ψυχρός ἐστι, καὶ μάλιστα τῶν ἐν βάθει φρεάτων· ὥστε ἀμήχανον ὑπ' ἀέρος ψυχροῦ θερμαίνεσθαι τὸ ὕδωρ· ἀλλὰ μᾶλλον ὁ ψυ- E
χρὸς οὗτος ἀὴρ τὴν μὲν πηγὴν διὰ πλῆθος οὐ δύναται μεταβάλλειν· ἂν δέ τις ἀφαιρῇ κατ' ὀλίγον, μᾶλλον κρατῶν περιψύξει.

D. ς. Οὐδὲν, ἔφην] Sic Amiot. Xyl. T. Mez. Vulgo, Οὐδὲν, ἔφη.

nullo interveniente diſcrimine. Tacente illo et hæſitante, Nihil eſt, inquam ego, quod de aëre dubitemus: cum ſenſus eum frigidum eſſe doceat, maxime in profundo putei: ut nullo modo poſſit aquam calefacere. Sed potius aër iſte frigidus, cum totam putei aquam præ multitudine ejus refrigerare non poſſit, partem ejus ademtam facilius ſubigere et ſua qualitate adficere valet.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Ε'.

Διὰ τίνα αἰτίαν οἱ χάλικες καὶ αἱ μολιβδίδες ἐμβαλλόμεναι ψυχρότερον τὸ ὕδωρ ποιοῦσιν.

QUÆSTIO V.

Quare lapilli et plumbeæ laminæ in aquam injectæ, frigidiorem eam faciunt.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΞΕΝΟΣ. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ. ΑΛΛΟΙ.

PERSONÆ COLLOQUII.

HOSPES. PLUTARCHUS. ALII.

F ἈΛΛΑ μὴν περὶ τῶν χαλίκων, ἔφην * ἢ τῶν ἀκμόνων, οὓς ἐμβάλλοντες εἰς τὸ ὕδωρ, ψύχειν αὐτὸ καὶ στομοῦν δοκοῦσιν, εἰρημένον Ἀριστοτέλει, μνημονεύεις. Αὐτὸ τοῦτο, ἔφη, μόνον ἐν προβλήμασιν εἴρηκε τὸ γινόμενον· εἰς δὲ τὴν αἰτίαν ἐπιχειρήσομεν ἡμεῖς· ἔστι γὰρ μάλιστα δυσθεώρητος. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφην, καὶ θαυμάσαιμ' ἂν

F. 1. Ἀλλὰ μὴν—, ἔφη, μόνον] Ἀκμόνων forte legendum cum T. V. Anon. Mez. Pro ἡ τῶν dedi ἢ τῶν. T. V. καὶ τῶν, lacuna expleta: quæ certe nulla eſt in E. Proxima ipſe ita diſtinxi, cum vulgo legeretur Ἀριστοτέλει, Μνημονεύεις αὐτὸ τοῦτο, ἔφη, μόνον—.

F. 6. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφην—ὅμως] Item ipſe correxi. Vulgo, Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, καὶ θαυμάσαιμ' ἂν εἰ μὴ διαφύγοι ὁ λόγος ἡμᾶς· ὁρᾶτε ὅλως. Verum partim expreſſit Amiot.

ENIMVERO, inquam, de lapillis et incudibus quod dixit Ariſtoteles, iis injectis aquam refrigerari et durari, puto te memoria tenere. Hoc ipſum, inquit, in Problematis memoravit, ut rem tantum narraret: nos autem cauſſam indagemus; eſt enim difficilis inventu. Omnino, inquam,

εἰ μὴ διαφύγοι ὁ λόγος ἡμᾶς· ὅρα δὲ ὅμως. Πρῶτον οὐ δοκεῖ σοι περιψύχεσθαι μὲν ὑπὸ τοῦ ἀέρος τὸ ὕδωρ ἔξωθεν ἐμπίπτοντος, ὁ δ᾽ ἀὴρ μᾶλλον ἰσχύει πρὸς τοὺς 691
λίθους καὶ τοὺς ἄκμονας ἀπερειδόμενος· οὐ γὰρ ἐῶσιν αὐτὸν, ὥσπερ τὰ χάλκεα καὶ τὰ κεράμεα τῶν ἀγγείων, διεκπίπτειν, ἀλλὰ τῇ πυκνότητι στέγοντες ἀναλοῦσιν εἰς τὸ ὕδωρ ἀπ᾽ αὐτῶν, ὥστε διόλου καὶ ἰσχυρὰν γενέσθαι τὴν περίψυξιν. Διὸ καὶ χειμῶνος οἱ ποταμοὶ ψυχρότεροι γίνονται τῆς θαλάττης· ἰσχύει γὰρ ἐν αὐτοῖς ὁ ψυχρὸς ἀὴρ ἀναλούμενος· ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ διὰ βάθος ἐκλύεται, πρὸς μηδὲν ἀντερείδων. Κατ᾽ ἄλλον δὲ τρόπον εἰκός ἐστι τὰ λεπτότερα τῶν ὑδάτων περιψύχεσθαι μᾶλλον ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ· κρατεῖται γὰρ δι᾽ ἀσθένειαν· αἱ δὲ ἀκόναι B
καὶ οἱ χάλικες λεπτύνουσι τὸ ὕδωρ, ὅ, τι θολερὸν καὶ γεῶδες ἀναμέμικται, τοῦτο συνάγοντες καὶ κατασπῶντες ἀπ᾽ αὐτοῦ, ὥστε λεπτότερον καὶ ἀσθενέστερον τὸ ὕδωρ, γενόμενον,

A. 1. ἐμπίπτοντος] Sic Amiot. T. V. Anon. Vulgo, ἐκπίπτοντος.

A. 2. τοὺς ἄκμονας] Forte τὰς ἀκόνας, iiſdem, quibus ſupra, auctoritatibus. Paulo ante, ἰσχύειν legendum.

A. 10. μᾶλλον ὑπὸ] Sic Baſ. Xyl. Mez. Vulgo, μᾶλλον ἢ ὑπό.

et mirer, ſi nos non ſubterfugiet: attamen conſidera. Primum omnino non videtur tibi ab aëre aqua frigore præoccupari, dum is erumpit foras. Aër autem plus habet virium, lapidibus et incudibus renitens, non enim ſinunt eum ut æra et fictilia vaſa elabi: ſed ſua denſitate cohibentes a ſe in aquam repellunt: ut integra fiat et valida refrigeratio. Itaque etiam hyeme fluvii frigidiores mari ſunt: vim enim in eos exercet aër repreſſus, qui in mari ob profunditatem diſſipatur, nulla re ei renitente. Alio autem pacto probabile eſt tenuiores aquas magis a frigido refrigerari: vincuntur enim præ imbecillitate. Cotes vero et lapilli aquam faciunt tenuiorem, ad ſe trahentes quicquid ei admixtum eſt turbidi et terreſtris: ut tenuior et imbecillior

μᾶλλον ὑπὸ περιψύξεως κρατεῖσθαι. Καὶ μὴν ὅ τε μό-
λιβδος τῶν φύσει ψυχρῶν ἐστιν, ὅς γε τριβόμενος ὄξει τὸ
ψυκτικώτατον τῶν θανασίμων φαρμάκων ἐξανίησι ψιμ-
μύθιον· οἵ τε χάλικες πυκνότητι τὸ ψυχρὸν διὰ βά-
θους ποιοῦσι· πᾶς μὲν γὰρ λίθος, κατεψυγμένης καὶ πε-
πιλημένης ὑπὸ κρύους γῆς πάγος ἐστὶ, μᾶλλον δὲ ὁ μᾶλ-
c λον πεπυκνωμένος· ὥστ᾽ οὐκ ἄτοπον εἰ τὴν ψυχρότητα
τοῦ ὕδατος ἀντερείδων συνεπιτείνει καὶ ὁ λίθος καὶ ὁ μό-
λιβδος.

facta aqua facilius a frigore ſubigatur. Sed et plumbum de natura frigidis eſt: ut quod cum aceto tritum ceruſſam lethalium venenorum frigidiſſimum edat: et lapilli ob denſitatem frigus in profundum perferunt. Etenim omnis lapis nihil eſt quam e frigefactæ et gelu adſtrictæ terræ concretum quippiam: tanto quiſque magis, quanto eſt denſior: itaque abſurdum non eſt, ſi frigiditatem aquæ renitendo auget et lapis et plumbum.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ ϛ΄.

Διὰ τίνα αἰτίαν ἀχύροις καὶ ἱματίοις τὴν χιόνα διαφυλάττουσιν.

QUÆSTIO VI.

Quamobrem nivem paleis et veſtibus intectam conſervant.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΞΕΝΟΣ. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ.

PERSONÆ COLLOQUII.

HOSPES. PLUTARCHUS.

α΄. ΜΙΚΡΟΝ οὖν ὁ ξένος διαλιπὼν, Οἱ ἐρῶντες, ἔφη, μάλιστα μὲν αὐτοῖς τοῖς παιδικοῖς, εἰ δὲ μὴ, περὶ αὐτῶν ἐπιθυμοῦσι διαλέγεσθαι· τοιοῦτον πέπονθα περὶ τῆς χιόνος· ἐπεὶ γὰρ οὐ πάρεστιν, οὐδὲ ἔχομεν, ἐπιθυμῶ μαθεῖν τίς αἰτία δι' ἣν ὑπὸ τῶν θερμοτάτων φυλάσσεται. Καὶ γὰρ ἀχύροις σαργανοῦντες αὐτὴν, D καὶ περιστέλλοντες ἱματίοις ἀγνάπτοις, ἐπὶ πολὺν χρόνον

C. 16. ἐπιθυμῶ] Sic Baſ. Xyl. Leonic. Schott. T. Mez. Vulgo, ἐπιθυμίαν.

I. TUM hoſpes paululum moratus, Qui amant, inquit, maxime cum amaſiis ſuis, ubi hoc non datur, de iis loqui cupiunt. Itaque ego ſum erga nivem affectus: quæ quoniam in promtu non eſt, eaque caremus, ſcire deſidero quid cauſſæ ſit quod a calidiſſimis rebus adſervatur. Etenim paleis eam involventes et rudibus pannis per multum tem-

ἄπλαστον διατηροῦσι. Θαυμαστὸν οὖν εἰ συνεκτικὰ τὰ θερμότατα τῶν ψυχροτάτων ἐστί.

β'. Κομιδῆ γε, ἔφην, εἴπερ ἀληθὲς ἐστίν· οὐκ ἔχει δὲ οὕτως, ἀλλ' αὐτοὺς παραλογιζόμεθα, θερμὸν εὐθὺς εἶναι τὸ θερμαῖνον ὑπολαμβάνοντες· καὶ ταῦθ', ὁρῶντες ὅτι ταὐτὸ ἱμάτιον ἐν χειμῶνι θερμαίνειν, ἐν δὲ ἡλίῳ ψύχειν λέγομεν· ὥσπερ ἡ τραγικὴ τροφὸς ἐκείνη τὰ τῆς Νιόβης τέκνα τιθηνεῖται,

Λεπτοσπαθητῶν χλανιδίων ἐρειπίοις
Θάλπουσα καὶ ψύχουσα.——

Γερμανοὶ μὲν οὖν κρύους πρόβλημα ποιοῦνται τὴν ἐσθῆτα
E μόνον, Αἰθίοπες δὲ θάλπους μόνον, ἡμεῖς δὲ ἀμφοῖν· ὥστ' ἔτι μᾶλλον, εἰ θάλπει, θερμὴν, ἤπερ ψυχρὰν ἀπὸ τοῦ περιψύχειν λεκτέον. Εἰ δὲ δεῖ τῇ αἰσθήσει τεκμαίρεσθαι, μᾶλλον ἂν ψυχρὰ γένοιτο· καὶ γὰρ ὁ χιτὼν ψυ-

D. 8. θερμαίνειν] Sic Baſ. Xyl. Mez. Vulgo, θερμαίνει.

D. 11. Λεπτοσπαθητῶν χ. ἐρειπίοις] Sic Xyl. cujus rationes codices alias alii probant. Primum diſerte eſt in Vatic. Anon. T. V. Mez. partim in E. H. Venet. Ald. Baſ. qui habent λεπτὸς πάθη τῶν. Poſtremum ἐρειπίοις, diſerte in Palat. Vulgo, λεπτὰ πάθη τῶν χλανιδίων ἐν ῥειπίοις. Pro σπαργάνων de ſuo χλανιδίων fecit Plutarchus. Vid. p. 496. E.

poris integram retinent: mirum vero ſi calidiſſima frigidiſſimorum tutantur atque continent naturam.

II. Omnino, inquam, mira res eſt, ſi quidem vera ſit. Sed non eſt ita: verum noſmet ipſi decipimus, male ratiocinando ſtatim calidum eſſe ſi quid facultatem habet calefaciendi; cum tamen videamus eandem veſtem hyeme calorem, æſtu frigus parare: quomodo nutrix illa tragica Niobes liberos

Calefacit et refrigerat centonibus
Levidenſis veſtium.——

Et Germani quidem veſtibus tantum contra frigus, Æthiopes adverſus ſolum æſtum ſe muniunt: nobis ad utrumque uſus eſt. Cur ergo veſtem potius a calefaciendo calidam dicamus, quam a refrigerando frigidam? Immo ſi ſenſus judicium ſit faciendum, magis frigida quam calida videbitur. Nam tunica nobis primum in-

χρὸς ἡμῖν προσπίπτει τὸ πρῶτον ἐνδυσαμένοις, καὶ τὰ
στρώματα κατακλινεῖσιν· εἶτα μέντοι συναλεαίνει τῆς
ὑφ' ἡμῶν πιμπλάμενα θερμασίας, καὶ ἅμα μὲν περι-
στέλλοντα καὶ κατέχοντα τὸ θερμὸν, ἅμα δὲ ἀπείργοντα
τὸ κρύος καὶ τὸν ἔξω ἀέρα τοῦ σώματος. Οἱ μὲν οὖν
πυρέττοντες ἢ καυματιζόμενοι, συνεχῶς ἀλλάττουσι τὰ F
ἱμάτια, τῷ ψυχρὸν εἶναι τὸ ἐπιβαλλόμενον· ἂν δ' ἐπι-
βληθῇ, παραχρῆμα γίνεται θερμὸν ὑπὸ τοῦ σώματος.
Ὥσπερ οὖν ἡμᾶς θερμαινόμενον θερμαίνει τὸ ἱμάτιον,
οὕτως τὴν χιόνα ψυχόμενον ἀντιπεριψύχει· ψύχεται δὲ
ὑπ' αὐτῆς ἀφείσης πνεῦμα λεπτόν· τοῦτο γὰρ συν-
έχει τὴν πῆξιν αὐτῆς ἐγκατακείμενον· ἀπελθόντος
δὲ τοῦ πνεύματος, ὕδωρ οὖσα, ῥεῖ καὶ διατήκεται καὶ
ἀπανθεῖ τὸ λευκὸν, ὅπερ ἡ τοῦ πνεύματος πρὸς τὸ
ὑγρὸν ἀνάμιξις ἀφρώδης γενομένη παρεῖχεν· ἅμα τε
οὖν τὸ ψυχρὸν ἐγκατέχεται περιστεγόμενον τῷ ἱματίῳ,
καὶ ὁ ἔξωθεν ἀὴρ ἀπειργόμενος, οὐ τέμνει τὸν πάγον οὐδὲ 692

F. 11. ἐγκατέχεται περιστεγόμενον] Ita recte 3 Græco-Lat. ut libri ſcripti. Nam Steph. ex Ald repetiverat, ἐκκατέχεται περισταγόμενον: errorem prioris vocis ſequuntur Baſ. et Xyl.

A. 1. καὶ ὁ ἔξωθεν] ὁ repoſui ex Ald. Baſ. Xyl.

duentibus frigida accidit, et lectus decumbentibus: poſtmodo quidem contepefaciunt noſtro calore impleta iſthæc: quod ſimul calorem cohibent, ac frigus externumque aërem a corpore arcent. Febricitantes ſane et æſtu adflicti, continenter veſtes mutant, quod frigidum eſſe ſentiunt quo amiciuntur: injectum autem id, ſtatim calefit a corpore. Proinde ſicut veſtis nos calefacta calefacit, ita nivem frigefacta frigefacit: frigeſcit autem a tenui ſpiritu quem nix emittit: is enim inſitus eam continet ſolidam: et ſpiritu dilapſo nix aqua jam fit, ac liquata diffluit: emarceſcitque albedo nivis, quam ſpiritus cum humore ſpumoſa permixtio indiderat. Simul itaque et frigus veſte ambiente intus cohibetur, et aër externus arcetur, ne concretum ni-

ἀνίησιν· ἀγνάπτοις δὲ τούτοις πρὸς τοῦτο διὰ τὴν τραχύτητα καὶ ξηρότητα τῆς κροκίδος οὐκ ἐώσης ἐπιπεσεῖν βαρὺ τὸ ἱμάτιον, οὐδὲ συνθλίψαι τὴν χαυνότητα τῆς χιόνος· ὥσπερ καὶ τὸ ἄχυρον διὰ κουφότητα μαλακῶς περιπίπτον, οὐ θρύπτει τὸν πάγον, ἄλλως δὲ πυκνόν ἐστι καὶ στεγανόν, ὥστε καὶ τὴν θερμότητα τοῦ ἀέρος ἀπείργειν, καὶ τὴν ψυχρότητα κωλύειν ἀπιέναι τῆς χιόνος. Ὅτι δὲ ἡ τοῦ πνεύματος διάκρισις ἐμποιεῖ τὴν τῆξιν, ἐμφανές ἐστιν τῇ αἰσθήσει· τηκομένη γὰρ ἡ χιὼν, πνεῦμα ποιεῖ.

A. 2. ἀγνάπτοις δὲ τούτοις] Excidiſſe videtur χρῶνται, aut ſimile: quod vertendo ſupplevit Xyl. Mox κροκίδος ex Baſ. Xyl. Mez. pro vulgato κροκύδος.
A. 6. θρύπτει] Sic Baſ. Xyl. E. Venet. Palat. Mez. Vulgo, θρίπτειν. Vatic. θρίπειν. Mox τὴν addidimus ante θερμότητα ex Leonic.

vis corpus diffindat aut laxet. Utuntur autem fullonem nondum expertis pannis, quia filum ob aſperitatem et ſiccitatem non patitur centonem graviter nivi incidere, ejuſve collidere raritatem: ſicut et paleæ ob levitatem molliter incumbentes non comminuunt compagem nivis: alioqui autem denſe et probe tegentes, excludunt calorem aëris, et frigiditatem nivis decedere non ſinunt paleæ. Ceterum ſecretione ſpiritus nivem liquari, ſenſu conſtat: nam cum nix liqueſcit, ſpiritum gignit.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Ζ'. B

Εἰ δεῖ τὸν οἶνον ἐνδιηθεῖν.

QUÆSTIO VII.

Percolandumne ſit vinum.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΝΙΚΡΟΣ. ΑΡΙΣΤΙΩΝ.

PERSONÆ COLLOQUII.

NIGER. ARISTIO.

α'. ΝΙΚΡΟΣ ὁ πολίτης ἡμῶν ἀπὸ σχολῆς ἀφῖκτο συγγεγονὼς ἐνδόξῳ φιλοσόφῳ χρόνον οὐ πολὺν, ἀλλὰ ἐν ὅσῳ τὰ τοῦ ἀνδρὸς οὐ καταλαμβάνοντες ἀνεπίμπλαντο τῶν ἐπαχθῶν ἀπ' αὐτοῦ μιμούμενοι τὸ ἐπιτιμητικὸν, καὶ ἐλέγχοντες ἐπὶ παντὶ πράγματι τοὺς συνόντας. Ἑστιῶντος οὖν ἡμᾶς Ἀρίστιωνος, τήν τε ἄλλην χορηγίαν

B. 9. Νίκρος] Νίγρος corrigunt Steph. et Mez. atque ita verterunt Amiot. et Xyl. Nil mutandum cenſui ſine librorum auctoritate.

B. 10. συγγεγονὼς—ἐλέγχοντες] Primo loco, ſcriptum a Plutarcho fuiſſe puto ἀφῖκτο σὺν ἑταίρῳ συγγεγονώς: de duobus hic agi oſtendunt et nexus, et plurales numeri quos debuimus auctoritate librorum tueri Baſ. et Xyl. quibuſcum alii aliter conſentiunt: καταλαμβάνοντες ipſe dedi ut conſequens conſtructioni.

I. NIGER civis noſter a ſchola venerat, cum philoſopho nobili non multum verſatus temporis, ſed tantum, ut eum nondum intelligens diſceret quod maxime is moleſtum aliis uſurpabat: nempe ut ſtudium ejus omnia reprehendendi, et quavis de re eos qui una aderant ſuggillandi imitaretur. Itaque quum Ariſtio nobis cœnam præberet, cum

ὡς πολυτελῆ καὶ περίεργον ἐμέμφετο, καὶ τὸν οἶνον οὐκ
C ἔφη δεῖν ἐκχεῖσθαι ἠθημένον, ἀλλ' ὥσπερ Ἡσίοδος ἐκέλευσε ἀπὸ τοῦ πίθου πίνεσθαι τὴν σύμφυτον ἔχοντα ῥώμην καὶ δύναμιν. Ἡ δὲ τοιαύτη κάθαρσις αὐτοῦ πρῶτον μὲν ἐκτέμνει τὰ νεῦρα, καὶ τὴν θερμότητα κατασβέννυσιν· ἐξανθεῖ γὰρ καὶ ἀποπνεῖ διεωρουμένου πολλάκις· ἔπειτα περιεργίαν καὶ καλλωπισμὸν ἐμφαίνει καὶ τρυφὴν, εἰς τὸ ἡδὺ καταναλίσκουσα τὸ χρήσιμον. Ὥσπερ γὰρ τὸ τοὺς ἀλεκτρυόνας ἐκτεμεῖν καὶ τοὺς χοίρους, ἁπαλὴν αὐτῶν παρὰ φύσιν τὴν σάρκα ποιοῦντας καὶ θήλειαν, οὐχ ὑγιαινόντων ἐστὶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ διεφθαρμένων ὑπὸ λιχνείας· οὕτως, εἰ δεῖ μεταφορᾷ χρησάμενον λέγειν, ἐξευνουχίζουσι τὸν ἄκρατον καὶ ἀποθηλύνουσιν οἱ διηθοῦν-
D τες, οὔτε φορεῖν ὑπὸ ἀσθενείας, οὔτε πίνειν τὸν μέτριον δυνάμενοι διὰ τὴν ἀκρασίαν· ἀλλὰ σόφισμα τοῦτό 'στιν

C. 12. ἐξευνουχίζουσι] Vera et elegans lectio a Stephano recepta ex Amiot. Turneb. Leonic. Schott. Anon. Ceteri omnes ἐξονυχίζουσι.

D. 1. ὑπὸ ἀσθενείας, οὔτε πίνειν] Suſpicor ita explendam eſſe ſententiam, ὑπὸ ἀσθενείας τὸν πολὺν, οὔτε πίνειν τ. μ.

apparatum convivii reliquum ut ſumtuoſum et ſupervacaneum taxabat, tum vinum quoque aiebat non debere inferri colatum, ſed, præcepto Heſiodi obtemperantes, e dolio id bibere viribus adhuc innatis præditum: hanc vero colandi purgationem primum ei nervos præcidere, et calorem reſtinguere, qui exhalet et elanguescat vino ſæpius diffuſo: deinde in hac re apparere curioſitatem quandam et luxuriam, quæ id quod utile eſt in ſuavitatem impendat. Sicut enim gallinaceos gallos et porcos caſtrare, ut caro eorum contra naturam fiat tenella et fœminea, non ſit ſanorum hominum, ſed gulæ ſtudio perditorum: ita, ſi licet honeſta tranſlatione uti, merum caſtrant, aiebat, et effœminant qui id diffundunt per colum; cum neque ferre merum ob imbecillitatem poſſint, neque eos intemperantia moderate bibere ſinat. Itaque hoc commento utuntur, quo largius

αὐτοῖς καὶ μηχάνημα πολυποσίας· ἐξαιροῦσι δὲ τοῦ οἴνου
τὸ ἐμβριθὲς, τὸ λεῖον ἀπολιπόντες, ὥσπερ οἱ τοῖς ἀκρατῶς
ἔχουσι πρὸς ψυχροποσίαν ἀῤῥώστοις ἀφεψημένον διδόν-
τες· ὅ, τι γὰρ στόμωμα τοῦ οἴνου καὶ κράτος ἐστὶ, τοῦτο ἐν
τῷ δυλίζειν ἐξαίρουσι καὶ ἀποκρίνουσι. Μέγα δὲ τεκμή-
ριον ἡ διαφθορὰ καὶ τὸ μὴ διαμένειν, ἀλλὰ ἐξίστασ-
θαι καὶ μαραίνεσθαι, καθάπερ ἀπὸ ῥίζης κοπέντα τῆς
τρυγός· οἱ δὲ παλαιοὶ καὶ τρύγα τὸν οἶνον ἄντικρυς ἐκά-
λουν, ὥσπερ ψυχὴν καὶ κεφαλὴν τὸν ἄνθρωπον εἰώθαμεν E
ἀπὸ τῶν κυριωτάτων ὑποκορίζεσθαι, καὶ τρυγᾶν λέγο-
μεν τοὺς δρεπομένους τὴν ἀμπελίνην ὀπώραν, καὶ δια-
τρύγιόν που Ὅμηρος εἴρηκεν, αὐτὸν δὲ τὸν οἶνον αἴθοπα καὶ
ἐρυθρὸν εἴωθε καλεῖν· οὐχ ὡς Ἀρίστων ἡμῖν ὠχριῶντα καὶ
χλωρὸν ὑπὸ τῆς πολλῆς καθάρσεως παρέχεται.

β'. Καὶ ὁ Ἀρίστων γελάσας, Οὐκ ὠχριῶντα, εἶπεν,
ὦ τᾶν, οὐδὲ ἀναίμονα, ἀλλὰ μειλίχιον, καὶ ἡμερίδην,

D. 4. ἀκρατῶς] Ita ſcripſi pro ἀκράτως.

potandi ſtudium excuſent. Ergo adimunt vino vim ſuam, ipſum tamen relinquentes: quomodo ægrotantibus frigidi potus nimium cupidis, exhibere decoctam ſolemus. Etenim aciem vini roburque, in percolando tollunt atque excernunt. Magnum vero argumentum eſt vinum corrumpi, neque vigorem ejus durare, ſed emarceſcere, quod veluti a radice ſua a fæce abſcinditur. At enim veteres vinum diſerte fæcis vocabulo adfecerunt: quomodo hominem ſolemus capitis aut animæ nomine adficere, a principe parte deminuto uſi vocabulo: et *trygan*, (hoc eſt fæcare,) dicimus vindemitores, ac vinum *diatrygium*, (quaſi perfæcatum,) dixit alicubi Homerus: ſoletque vinum paſſim *æthopa* et rubrum dicere: non pallidum et luteum, quale nobis Ariſtio a multa purgatione præbet.

II. Tum ridens Ariſtio, Non, inquit, pallens, mi homo, neque exſangue: ſed quod primo ſtatim adſpectu mite ſe

F ἀπὸ τῆς ὄψεως αὐτῆς περίφαντον. Σὺ δ' ἀξιοῖς τοῦ νυκτερινοῦ καὶ μελαναιγίδος ἐμφορεῖσθαι, καὶ ψέγεις τὴν κάθαρσιν, ὥσπερ χολημεσίαν, καὶ τὸ βαρὺ καὶ μεθυστικὸν ἀφιεὶς καὶ νοσῶδες, ἐλαφρὸς καὶ ἄνευ ὀργῆς ἀναμίγνυται ἡμῖν, οἷον Ὅμηρος φησὶ πίνειν τοὺς ἥρωας· αἴθοπα γὰρ οὐ καλεῖ τὸν ζοφερὸν, ἀλλὰ τὸν διαυγῆ καὶ λαμπρόν· οὐ γὰρ ἂν ὁ λέγων εὐήνορα καὶ νώροπα χαλκὸν, αἴθοπα προσηγόρευεν. Ὥσπερ οὖν ὁ σοφὸς Ἀνάχαρσις ἄλλ' ἄττα

963 τῶν Ἑλλήνων μεμφόμενος, ἐπῄνει τὴν ἀνθρακιὰν, ὅτι τὸν καπνὸν ἔξω καταλιπόντες, οἴκαδε πῦρ κομίζουσιν· οὕτως ἡμᾶς ἐφ' ἑτέροις ἂν ψέγοιτε μᾶλλον οἱ σοφοὶ ὑμεῖς· εἰ δὲ τοῦ οἴνου τὸ ταρακτικὸν καὶ ὀχλῶδες ἐξωθούμενοι καὶ ἀποσκεδάσαντες, αὐτὸν δ' εὐφραίνοντες οὐ καλλωπίσαν-

F. 3. ὥσπερ χολημεσίαν, καὶ τὸ] ὥσπερ eſt ex E. H. pro ὅσπερ. Tum καὶ mutem in ἧ. Mez. corrigit δι' ἧς, nec nihil momenti afferunt E. H. Ald. qui pro καὶ exhibent εἰς. In hanc ſententiam et Xyl. vertit.

F. 7. ἂν ὁ] Sic Palat. Nam alii omnes editi et ſcripti habent ἄνω. Proximum λέγων non eſt niſi in editis Baſ. Xyl. Steph. ceteri omnes, Ald. E. H. Venet. Palat. Vatic. φλέγων.

A. 5. εὐφραίνοντες] Legendum φαιδρύναντες, ut et Reiſk. vidit.

et manſuetum eſſe profiteatur. Tu vero malles Baccho repleri nocturno, et nigros turbines concitante: vituperaſque purgationem. Atqui hæc, tanquam bile vomitu egeſta, quod mero ineſt grave, ebrietatem, ac morbos generans, aufert, facitque ut a nobis facile placidumque uſurpetur. Ac tale vinum Homerus *æthops* vocat, aitque potum heroibus fuiſſe: non utique caliginoſum, ſed ſplendidum ac pellucidum: neque enim *euenor* (id eſt viris conducens) et *æthops*, (quod eſt clarum,) quæ de vino dixit, etiam æri adjeciſſet nomina, quod alias *norops*, (quaſi præfulgidum,) appellat. Sicut ergo Anacharſis ille ſapiens alia Græcorum inſtituta reprehendens, *prunas* laudavit, *quod fumo excluſo, domi ignem portarent:* ita nos a ſapientibus vobis alias fortaſſe accuſari poterimus: in hoc autem quid tandem delinquimus, quod meri facultatem turbulentam ejicientes atque diſſipantes, ipſum interim hilaritate quadam non fucato

τες, οὐδ᾽ ὥσπερ σιδήρου στόμωμα καὶ ἀκμὴν ἀποκόψαντες, ἀλλὰ μᾶλλον ὥσπερ ἰὸν ἢ ῥύπον ἀποκαθήραντες προσφερόμεθα, τί πλημμελοῦμεν; Ὅτι, νὴ Δία, πλέον ἰσχύει μὴ διηθούμενος. Καὶ γὰρ ἄνθρωπος, ὦ φίλε, φρενετίζων καὶ μαινόμενος· ἀλλ᾽ ὅταν ἐλλεβόρῳ χρησάμενος ἢ διαίτῃ καταστῇ, τὸ μὲν σφοδρὸν ἐκεῖνο καὶ σύντονον οἴχεται B
καὶ γέγονεν ἐξίτηλον, ἡ δὲ ἀληθινὴ δύναμις καὶ σωφροσύνη παραγίνεται τῷ σώματι· οὕτω δὴ καὶ ἡ κάθαρσις τοῦ οἴνου τὸ πληκτικὸν ἀφαιροῦσα καὶ μανικὸν, εἰς πραεῖαν ἕξιν καὶ ὑγιαίνουσαν καθίστησι. Περιεργίαν δὲ οἶμαι πάμπολυ διαφέρειν καθαρότητος· καὶ γὰρ αἱ γυναῖκες φυκούμεναι καὶ μυριζόμεναι καὶ χρυσὸν φοροῦσαι καὶ πορφύραν, περίεργοι δοκοῦσι· λουτρὸν δὲ καὶ ἄλειμμα καὶ κόμης θρύψιν οὐδεὶς αἰτιᾶται. Χαριέντως δὲ τὴν διαφορὰν ὁ ποιητὴς ἐπιδείκνυσιν ἐπὶ τῆς κοσμουμένης Ἥρας,

B. 9. θρύψιν] Forte verius ſit θρέψιν.

ornatu gratius reddentes, neque aciem tanquam ferri ejus et vim retundentes, ſed quaſi ſordes quaſdam et rubiginem expurgantes, adhibemus menſis? Atqui, inquies, non colatum merum plus habet virium. Nimirum, mi homo, etiam furioſus et inſaniens homo, plus roboris habet: verum is ubi elleboro aut victus commoda uſus ratione ad ſe rediit, tunc vehementia illa et virium contentio diſcedit atque evaneſcit: verus autem vigor cum ſanitate mentis conjunctus corpori redit: quo videlicet pacto etiam vini purgatio, demta ea vi qua animum percellit et ad inſaniam impellit, habitum ei mitem et ſalubrem conciliat. Exiſtimo autem permultum intereſſe inter ſupervacaneum cultum et munditiem. Nam mulieres fuco, unguentis, auro, purpuraque dum utuntur, curioſe et impenſius quam par eſt ornatui indulgere videntur: lavacro eas uti, oleo inungi, comam componere, nemo prohibet. Venuſte diſcrimen hoc Homerus expreſſit, ubi Junonem ſe ornantem facit,

C Ἀμβροσίῃ μὲν πρῶτον ἀπὸ χροὸς ἀθανάτοιο
Λύματα πάντα καθῆρεν, ἀλείψατο δὲ λίπ' ἐλαίῳ·

μέχρι τούτων ἐπιμέλεια καὶ καθαριότης ἐστίν· ὅταν δὲ τὰς χρυσᾶς περόνας ἀναλαμβάνῃ, καὶ τὰ διηκριβωμένα τέχνῃ ἐλλόβια, καὶ τελευτῶσα τῆς περὶ τὸν κεστὸν ἅπτηται γοητείας, περιεργία τὸ χρῆμα καὶ λαμυρία μὴ πρέπουσα γαμετῇ γέγονεν. Οὐκοῦν καὶ τὸν οἶνον οἱ μὲν ἀλόαις χρωτίζοντες, ἢ κινναμώμοις καὶ κρόκοις ἐφηδύνοντες, ὥσπερ γυναῖκα καλλωπίζουσιν εἰς τὰ συμπόσια καὶ προαγωγεύουσιν· οἱ δὲ ἀφαιροῦντες τὸ ῥυπαρὸν καὶ ἄχρηστον ἐξ αὐτοῦ, θεραπεύουσι καὶ καθαίρουσιν. Ἐπεὶ πάντα ἂν εἴποις ταῦτα περιεργίαν, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ οἴκου.
D Τί γὰρ οὗτος κεκονίαται; τί δὲ ἀνέῳγε τοῦ περιέχοντος, ὅθεν ἂν μάλιστα πνεῦμα λαμβάνοι καθαρὸν, καὶ τοῦ φωτὸς ἀπολαύοι περιιόντος ἐπὶ τὰς δύσεις; τί δὲ τῶν ἐκπωμάτων ἕκαστον ἐκτέτριπται καὶ διέσμηκται πανταχόθεν, ὥστε λάμπειν καὶ περιστίλβειν; ἢ τὸ μὲν ἔκπωμα ἔδει μὴ ῥύπου, μηδὲ μοχθηρίας ὀδωδὸς εἶναι, τὸ δ' ἐξ αὐτοῦ

Principio ambroſia ſordes de corpore divo Eluit, et liquido mundum perfudit olivo.

hactenus induſtria et mundities eſt. Cum autem aureas fibulas ſumit, et arte elaboratas inaures, tandemque ad ceſti præſtigias ſe confert: hæc jam otioſa et ſupervacanea eſt curioſitas, matronamque dedecens procacitas. Proinde etiam qui vinum aloë aut cinnamomo vel croco inficiunt, ii quaſi mulierem comtam curioſe in convivia adducunt et proſtituunt: qui autem quod vino ineſt ſordidum et inutile adimunt, ii purgant illud atque ſua opera commodius reddunt. Alioqui curioſitati otioſæ omnia imputabis, orſus ab ipſa domo. Cur, inquies, ita eſt incruſtata? cur adverſus aërem purum maxime aperta? cur patet lumini verſus occaſum ſolis aditus? cur poculorum unumquodque detritum terſumque fulget atque ſplendet? An vero, inquam, poculum ſordidum eſſe, vel pravum edere odorem, non debet: quod ex eo bibitur, ſordibus debet et immunditie plenum eſſe? Et quorſum atti-

πινόμενον, εὐρῶτος ἢ χηλίδων ἀναπεπλῆσθαι; Καὶ τί δεῖ τὰ ἄλλα λέγειν; ἡ γὰρ αὐτοῦ πυροῦ διαπόνησις εἰς τὸν ἄρτον, οὐδὲν ἕτερον ἢ κάθαρσις οὖσα, θέασαι μεθ' ὅσης γίνεται πραγματείας· οὐ γὰρ μόνον ἀποσκαφισμοὶ, καὶ διαιτήσεις, καὶ ἀποκρούσεις, καὶ διακρίσεις εἰσὶ τῶν E σιτίων, καὶ τῶν ἀλετρείων, ἀλλὰ ἡ τρῖψις ἐκθλίβουσα τοῦ φυράματος τὸ τραχὺ, καὶ ἡ πέψις ἐξικμάζουσα τὸ ὑγρὸν καθαίρουσι καὶ συστέλλουσι τὴν ὕλην εἰς αὐτὸ τὸ ἐδώδιμον. Τί οὖν ἄτοπον εἰ καὶ τοῦ οἴνου τὸ τρυγῶδες, ὡς κρίμνον ἢ σκύβαλον, ἡ διήθησις ἐξαίρει, μήτε δαπάνης τινὸς τῇ καθάρσει, μήτε ἀσχολίας προσούσης;

D. 8. αὐτοῦ πυροῦ—ἀποκρούσεις] Corrigam αὐτοῦ τοῦ πυροῦ: διαπόνησις ex Baſ. Xyl. Mez. Salmaſ. διαιτήσεις forte mutandum in διαιρήσεις, aut cum Baſ. Xyl. T. in διηθήσεις: ἀποκρούσεις mutem in ἀποκρίσεις.
E. 2. ἀλετρείων] Baſ. Xyl. ἀλεύρων: malim cum T. ἀλλοτρίων.
E. 3. καὶ ἡ πέψις ἐξικμάζουσα τὸ ὑγρὸν] Recepi ex Palat. et ad ſententiam neceſſaria, et colore germana Plutarchea.

net reliqua referre? Ipſa tritici elaboratio dum panis ex eo conficiatur, quæ nihil aliud quam purgatio eſt, vides quantum requirat negotii: non enim modo alvei, cola, concuſſiones, ſecretiones ad pinſendum adhibentur frumentum et farinas: ſed et contritio quæ e paſta aſperitatem elidat, et coctio quæ humorem conſumat, et componunt ad uſum edendis expurgant materiam. Quid ergo abſurdi habet res, quod vini etiam fæculentas partes, aceris aut furfuris in morem, colando expurgamus, præſertim cum ſine ſumtu id fiat, ſine labore?

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Η΄.

Τίς αἰτία βουλίμου.

QUÆSTIO VIII.

Quæ ſit cauſſa bulimi.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ. ΣΩΚΛΑΡΟΣ. ΚΛΕΟΜΕΝΗΣ. ΑΛΛΟΙ.

PERSONÆ COLLOQUII.

PLUTARCHUS. SOCLARUS. CLEOMENES. ALII.

α΄. ΘΥΣΙΑ τίς ἐστι πάτριος, ἣν ὁ μὲν ἄρχων ἐπὶ τῆς κοινῆς ἑστίας δρᾷ, τῶν δὲ ἄλλων ἕκαστος ἐπ' οἴκου· καλεῖται δὲ Βουλίμου Ἐξέλασις· καὶ τῶν οἰκετῶν ἕνα τύπτοντες ἀγνίαις ῥάβδοις διὰ θυρῶν ἐξελαύνουσιν, ἐπιλέγοντες, Ἔξω βούλιμον, ἔσω δὲ πλοῦτον καὶ ὑγίειαν.
694 Ἄρχοντος οὖν ἐμοῦ πλείονες ἐκοινώνουν τῆς θυσίας, κᾆτα ὡς ἐποιησάμεθα τὰ νενομισμένα, καὶ πάλιν κατεκλί-

F. 10. ἕκαστος] Sic libri: ἕκαστον, operarum forte vitium, ex Ald. propagavit Steph.

I. A MAJORIBUS noſtris ad nos propagatum eſt quoddam ſacrificium, quod archon (qui magiſtratum præcipuum gerit) in publico, reliquorum quivis domi ſuæ peragit: vocatur autem *bulimi expulſio:* et ſervorum aliquem viticeis verberantes ferulis per fores ejiciunt, additis his verbis, *Foras bulimum, intro divitias et ſanitatem.* Me archonte complures ſacrificio ſe adjunxerunt. Rite omnibus peractis cum rurſus diſcubuiſſemus, quæri cœptum eſt

νημένων, ἐζητεῖτο πρῶτον ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος, ἔπειτα τῆς φωνῆς ἣν ἐπιλέγουσι τῷ διωκομένῳ, μάλιστα δὲ ὑπὲρ τοῦ πάθους καὶ τῶν κατ' αὐτὸ γινομένων. Τὸ μὲν οὖν ΒΟΥΛΙΜΟΝ ἐδόκει μέγαν ἢ δημόσιον ἀποσημαίνειν, καὶ μάλιστα παρ' ἡμῖν τοῖς Αἰολεῦσιν, ἀντὶ τοῦ Β' τῷ Π' χρωμένοις· οὐ γὰρ ΒΟΥΛΙΜΟΝ, ἀλλὰ πολύλιμον οἷον πολὺν ὄντα πάλιν ὀνομάζομεν. Ἐδόκει δὲ ἡ Βούβρωστις ἕτερον εἶναι· τὸ δὲ τεκμήριον ἐλαμβάνομεν ἐκ τῶν Μητροδώρου Ἰωνικῶν· ἱστορεῖ γὰρ ὅτι Σμυρναῖοι τὸ παλαιὸν Αἰολεῖς ὄν- B
τες θύουσι Βουβρώστει ταῦρον μέλανα, καὶ κατακόψαντες, αὐτόδορον ὁλοκαυτοῦσιν. Ἐπεὶ δὲ πᾶς μὲν ἔοικεν ὁ λιμὸς νόσῳ, μάλιστα δὲ ὁ Βούλιμος ἐπιγίνεσθαι παθόντος παρὰ φύσιν τοῦ σώματος, εἰκότως ἀντιτάττουσιν, ὡς μὲν ἐνδείᾳ τὸν πλοῦτον, ὡς δὲ νόσῳ τὴν ὑγίειαν. Ὡς δὲ ναυτιᾶν ὠνομάσθη μὲν ἐπὶ τῶν ἐν νηῒ καὶ κατὰ πλοῦν τὸν

A. 8. οὐ γὰρ Βούλιμον—ὀνομάζομεν] Corrigo, οὐ γὰρ βούλιμον ἀλλὰ πούλιμον, οἷον πολὺν ὄντα, πάλαι ὠνομάζομεν. Sumſi πολὺν ὄντα pro πολύνον ex Palat.

primum de ipſo *Bulimi* vocabulo, deinde quid verba ſibi vellent quæ recitantur dum ſervus exturbatur, maxime autem de ipſa affectione et ejus adjunctis. Videbatur ergo *Bulimus* famem (is eſt *limos* Græcis) ingentem aut publicam notare: maxime apud nos, qui Æolica dialecto P pro B uſurpamus: non enim *Bulimum* antiquitus, ſed *pulimum*, quaſi *polylimum*, (id eſt famem multam,) appellamus. Sentiebamus autem á *Bubroſti* diverſum eſſe: argumento repetito ex Ionicis Metrodori. Narrat enim is, Smyrnæos, quippe qui fuiſſent antiquitus Æolenſes, ſacrificare Bubroſti taurum nigrum, conciſumque in fruſta, una cum ipſa pelle, igni totum cremare. Jam cum omnis fames morbo ſimilis ſit, maxime autem bulimus accidat adfecto contra naturam corpore, recte opponi ei ut indigentiæ divitias, ut morbo ſanitatem. Sicut vero nauſeare dicti ſunt primum quibus in navi et inter navigandum ſtomachus langueret: de-

στόμαχον ἐκλυομένων, ἔθει δὲ ἴσχυκεν ἤδη καὶ κατὰ τῶν ὁπωσοῦν τοῦτο πασχόντων ὄνομα τοῦ πάθους εἶναι· οὕτως ἄρα καὶ τὸ βουλιμιᾶν ἐκεῖθεν ἀρξάμενον ἐνταῦθα διέτεινε. Ταῦτα μὲν οὖν ἔρανον κοινὸν ἐκ πάντων συνεπλήρουν λόγων.

C β΄. Ἐπεὶ δὲ δὴ ἡπτόμεθα τῆς αἰτίας τοῦ πάθους, πρῶτον μὲν ἠπορήθη τὸ μάλιστα βουλιμιᾶν τοὺς διὰ χιόνος πολλῆς βαδίζοντας, ὥσπερ καὶ Βροῦτος ἐκ Δυῤῥαχίου πρὸς Ἀπολλωνίαν ἐκινδύνευσεν ὑπὸ τοῦ πάθους· ἦν δὲ νιφετὸς πολὺς, καὶ τῶν τὰ σιτία κομιζόντων οὐδεὶς ἐξηκολούθει· λειποθυμοῦντος οὖν αὐτοῦ καὶ ἀπολιπόντος, ἠναγκάσθησαν οἱ στρατιῶται προσδραμόντες τοῖς τείχεσιν, ἄρτον αἰτῆσαι παρὰ τῶν τειχοφυλάκων πολεμίων· καὶ λαβόντες εὐθὺς, ἀνεκτήσαντο τὸν Βροῦτον· διὸ καὶ φιλανθρώπως ἐχρήσατο πᾶσι, κύριος D τῆς πόλεως γενόμενος. Πάσχουσι δὲ τοῦτο καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι, καὶ μάλιστα ὅταν ἢ ἰσχάδας ἢ μῆλα κομίζωσιν· ὁ δὲ

B. 11. συνεπλήρουν λόγων] Sic Mez. in λόγων conſentit Xyl. Am. T. Idem Amiot. et Reiſk. συνεπληροῦμεν. Vulgo, συνεπλήρου λόγον.

inde conſuetudo obtinuit, ut vox ea quocunque modo ſic affectis tribueretur; ita Bulimus quoque inde ortus, in reliqua pervaſit. Atque hæc quidem ex omnium ſermonibus tanquam ſymbola collecta fuerunt.

II. Ut vero attigimus quæſtionem de cauſſa Bulimi: id primum dubios nos tenuit, cur maxime Bulimus inceſſeret per altam nivem ambulantes. Brutus quidem in diſcrimen vitæ adductus Bulimo fuit, cum Dyrrhachio Apolloniam proficiſceretur per nivem copioſam, et eorum qui cibos geſtabant nemo ipſum conſequeretur: ibi cum jam animo deficeret ac concideret, coacti ſunt milites ad muros accurrere, et ab hoſtibus excubitoribus panem flagitare: quo ſtatim accepto, Brutum recreaverunt: iſque urbe potitus, humaniſſime univerſos tractavit. Accidit Bulimus equis etiam atque aſinis, maxime cum caricas aut mala geſtant;

θαυμασιώτατόν ἐστιν, οὐκ ἀνθρώπους μόνον ἀλλὰ καὶ κτήνη μάλιστα πάντων ἐδωδίμων ἀναρώννυσιν ἄρτος, ὥστε κἂν ἐλάχιστον ἐμφάγωσιν, ἰῶνται καὶ βαδίζουσι.

γ΄. Γενομένης δὲ σιωπῆς, ἐγὼ συννοῶν ὅτι τὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐπιχειρήματα, τοὺς μὲν ἀργοὺς καὶ ἀφυεῖς οἷον ἀναπαύει καὶ ἀναπίμπλησι, τοῖς δὲ φιλοτίμοις καὶ φιλολόγοις ἀρχὴν ἐνδίδωσιν οἰκείαν καὶ τόλμαν ἐπὶ τὸ ζητεῖν καὶ ἀνιχνεύειν τὴν ἀλήθειαν, ἐμνήσθην τῶν Ἀριστοτελικῶν ἐν E
οἷς λέγεται, Ὅτι πολλῆς περιψύξεως γενομένης ἔξωθεν, ἐκθερμαίνεται σφόδρα τὰ ἐντὸς, καὶ πολὺ σύντηγμα ποιεῖ· τοῦτο δὲ ἐὰν μὲν ἐπὶ τὰ σκέλη ῥυῇ, κόπους ἀπεργάζεται καὶ βαρύτητας, ἐὰν δὲ ἐπὶ τὰς τοῦ κινήσεως καὶ τῆς ἀναπνοῆς ἀρχὰς, ἀψυχίαν ἢ καὶ ἀσθένειαν. Ὅπερ οὖν εἰκὸς, τοῦ λόγου λεχθέντος, ἐπεραίνετο, τῶν μὲν ἐπιφυομένων τῷ δόγματι, τῶν δὲ ὑπερδικούντων.

δ΄. Σώκλαρος δὲ, Τὴν ἀρχὴν, ἔφη, τοῦ λόγου

D. 6. συννοῶν] Ita Venet. Palat. Vatic. Vulgo, συνορῶν.

et quod maxime mirum eſt, de omnibus quæ eſui ſunt, apprime panis reficit non homines modo, ſed jumenta quoque; ut vel minimo panis fruſtulo veſcendo confirmentur atque progrediantur.

III. Facto ſilentio, ego, qui animadverterem antiquiorum argumentis propoſitis ignavos et ingenio minus acri præditos exſaturari et acquieſcere, alacrioribus autem et ſolertibus principium offerri commodum audendi aliquid pro ſeſe in quærenda et inveſtiganda veritate, Ariſtotelis ſententiam commemoravi: qui docet foris magno circumfuſo et efficaci frigore corpori interna vehementer incaleſcere, magnamque ita colliquationem effici: quæ ſi ad crura defluat, laſſitudines gignat ac gravitates: ſin ad principia motus et reſpirationis, exanimationes et imbecillitatem. Hæc ego cum dixiſſem, accidit, quod erat probabile, ut alii impugnarent rationem hanc, alii defenderent.

IV. Soclarus, Initium, in-

κάλλιστα κεῖσθαι· περιψύχεσθαι γὰρ ἱκανῶς καὶ πυκνοῦσθαι τὰ σώματα τῶν βαδιζόντων διὰ χιόνος· τὸ δὲ σύν-
F τηγμα τὴν θερμότητα ποιεῖν, καὶ τοῦτο καταλαμβάνειν τὰς ἀρχὰς τῆς ἀναπνοῆς αἰτηματῶδες εἶναι· μᾶλλον οὖν δοκεῖν αὐτῷ τὴν θερμότητα συστελλομένην καὶ πλεονάζουσαν ἐντὸς ἀναλίσκειν τὴν τροφὴν, εἶτα ἐπιλειπούσης καὶ αὐτῆς, ὥσπερ πῦρ ἀπομαραίνεσθαι· διὸ πεινῶσι σφόδρα, καὶ βραχὺ παντελῶς ἐμφαγόντες, εὐθὺς ἀναλάμπουσι· γίνεται γὰρ ὥσπερ ὑπέκκαυμα τῆς θερμότητος, τὸ προσφερόμενον.

ε'. Κλεομένης δὲ ὁ ἰατρὸς, Ἄλλως, ἔφη, τῷ ὀνόματι τὸν ΛΙΜΟΝ συντετάχθαι, δίχα τοῦ πράγματος,
695 ὥσπερ τὸ ΚΑΤΑΠΙΝΕΙΝ, τῷ πίνειν, καὶ τὸ ΑΝΑΚΥΠΤΕΙΝ,

F. 2. *αἰτηματῶδες εἶναι*] *εἶναι* addidi ex Palat. Porro *αἰτηματῶδες* et auctoritate præferendum, ut diſerte ſcriptum in E. H. Palat. Vatic. nec ſententia poſtponendum lectioni T. V. Anon. Amiot. *πλασματῶδες*. Vulgo, *αἱματῶδες*. Reiſk. *αἰνιγματῶδες*.

F. 5. *διὸ πεινῶσι*] Forte : *διὸ κἂν πεινῶσι*.

F. 7. *ὑπέκκαυμα*] Recepi e certa correctione Xyl. Jun. Mez. Reiſk. Vulgo, *ὑπέκλυμα*.

A. 1. *τὸ καταπίνειν—κύπτειν*] Credo ſcriptum fuiſſe ab auctore, *ὥσπερ τὸ κατὰ ἐν τῷ πίνειν καὶ τῷ κύπτειν*. Prioris ratio per ſe apparet : poſterioris hæc eſt, quod *κύπτω* fere idem eſt quod *κατακύπτω*, et fere contrarium *τοῦ ἀνακύπτειν*. Ut nunc legitur, Stephanus ſumſit ab Jannot. et Leonic. quibuſcum ſcripti conſentiunt : aliquantum diſſentiunt Ald Baſ. ſed nec in hac, nec in vulgata, quid eſt ſani. Correctionem noſtram in Verſione expreſſimus.

quit, hujus argumenti optime habet. Nam per nivem ambulantium corpora admodum circum refrigerari et denſari, verum eſt. A calore autem fieri colliquationem quæ principium reſpirationis invadat, non probabiliter ſumtum arbitror. Mihi potius videtur calor intro compulſus et abundans intus conſumere nutrimentum, eoque deficiente ipſe quoque ignis inſtar exſtingui. Itaque Bulimo correpti cum vehementer eſuriunt, tum admodum exiguo cibo ſumto reficiuntur : quod cibus ingeſtus quaſi fomes eſt iterum exſuſcitando calori.

V. Cleomenes vero medicus in vocabulum Bulimi *limon*, (quo fames ſignificatur,) abs re inſertum fuiſſe aiebat : ut *κατὰ* in *καταπίνειν*, (quod

τῷ κύπτειν· οὐ γὰρ εἶναι λιμὸν, ὥσπερ δοκεῖ, τὴν Βουλιμίαν, ἀλλὰ πάθος ἐν στομάχῳ διὰ συνδρομὴν λιμοῦ λειποψυχίαν ποιοῦν. Ὥσπερ οὖν τὰ ὀσφραντὰ πρὸς τὰς λειποθυμίας βοηθεῖν, καὶ τὸν ἄρτον ἀναλαμβάνειν τοὺς βουλιμιῶντας, οὐχ ὅτι τροφῆς ἐνδεεῖς εἰσι· μικρὸν γοῦν παντάπασιν ἀναλαβόντες ἀναζωπυροῦσιν· ἀλλ' ὅτι τὸ πνεῦμα καὶ τὴν δύναμιν ἀνακαλεῖται καταφερομένην. Ὅτι δ' ἐστὶ λειποθυμία καὶ οὐ πεῖνα μηνύει τὸ τῶν ὑποζυγίων· ἥ τε τῶν ἰσχάδων ἀποφορὰ καὶ ἡ τῶν μήλων, ἔνδειαν μὲν οὐ ποιεῖ, καρδιωγμὸν δέ τινα μᾶλλον καὶ διει- B
λιγμόν.

ϛ'. Ἡμῖν δὲ καὶ ταῦτα μετρίως ἐδόκει λέγεσθαι, ἀπὸ τῆς ἐναντίας ἀρχῆς, δυνατὸν εἶναι μὴ πύκνωσιν, ἀλλ' ἀραίωσιν ὑποθεμένοις, διασῶσαι τὸ πιθανόν· τὸ γὰρ ἀπορ-

A. 3. λιμοῦ] Suſpectum viris doctis. Xyl. lacunam reliquerat in verſione. Anon. χυμοῦ: quod idem voluiſſe videtur T. V. λυμοῦ. Quid ſi λαιμοῦ?

A. 5. τὸν ἄρτον ἀναλαμβάνειν τοὺς βουλιμιῶντας] καὶ ante τοὺς delevimus cum Baſ. Xyl. Mez. Cum iiſdem et Turneb. Mez. ἄρτον pro αὐτὸν dedimus.

A. 7. ἀναλαβόντες] Legendum λαβόντες.

A. 10. ἥ τε] Sic Steph. vulgavit poſt Baſ. conſentit Xyl. Palat. Leonic. Schott. Nam Ald. H. Vat. ἡ τά. Corrigendum tamen cum Mez. ἡ γάρ. Mox ἴλιγγον pro διειλιγμόν Mez.

B. 3. λέγεσθαι, ἀπὸ τῆς] Legendum cum Reiſk. λέγεσθαι, καὶ ἀπὸ τῆς.

eſt deglutire,) *κατακύπτειν ſubdere ſe*, *κύπτειν*. Neque enim eſt, aiebat, ut putatur, Bulimia, famis ſpecies, ſed adfectio ſtomachi ob concurſum famis, deliquium animi faciens. Sicut itaque odorata remedio ſunt exanimationibus, ita panis reficit Bulimia tentatos; non quod cibo indigeant; nam minimo eo ſumto recreantur: ſed quod panis ſpiritum vimque languentem revocat. Eſſe autem non famem ſed exanimationem Bulimum, jumenta docent, quæ odore caricarum et malorum ſic adficiuntur; non enim indigentiam odor, ſed morſum quendam in ore ventriculi exagitationemque ejus efficit.

VI. Nos ut hæc tolerari, ita ſentiebamus probabiliter a contrario principio alios poſſe ratiocinari, non denſari in Bulimo, ſed rareſcere ſtomachum

ῥέον πνεῦμα τῆς χιόνος, ἔστι μὲν οἷον αἰθὴρ τοῦ πάγου, καὶ ψῆγμα λεπτομερέστατον, ἔχει δέ τι τομὸν καὶ διαιρετικὸν, οὐ σαρκὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀργυρῶν καὶ χαλκῶν ἀγγείων· ὁρῶμεν γὰρ ταῦτα μὴ στέγοντα τὴν χιόνα· πνεομένη γὰρ ἀναλίσκεται, καὶ τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν τοῦ ἀγγείου νοτίδος ἀναπίμπλησι λεπτῆς καὶ κρυσταλλοειδοῦς, ἣν ἀπολείπει τὸ πνεῦμα διὰ τῶν πόρων ἀδήλως ἀπερχόμενον·
C τοῦτο δὴ τοῖς βαδίζουσι διὰ χιόνος ὀξὺ καὶ φλογοειδὲς προσπίπτον ἐπικαίειν δοκεῖ τὰ ἄκρα τῷ τέμνειν καὶ παρελθεῖν τῇ σαρκὶ, καθάπερ τὸ πῦρ· ὅθεν ἀραίωσις γίνεται περὶ τὸ σῶμα πολλὴ, καὶ ῥεῖ τὸ θερμὸν ἔξω, διὰ τὴν ψυχρότητα τοῦ πνεύματος, καὶ περὶ τὴν ἐπιφάνειαν σβεννύμενον ἱδρῶτα δροσώδη διατμίζει καὶ λεπτὸν, ὥστε τήκεσθαι καὶ ἀναλίσκεσθαι τὴν δύναμιν. Ἐὰν μὲν οὖν ἡσυχάζῃ τις, οὐ πολλὴ τοῦ σώματος ἀπέρχεται θερμότης· ὅταν

B. 6. αἰθὴρ] Corrigo, ἀθὴρ, itaque verti.
C. 2. τῷ τέμνειν—ἐπιφάνειαν] Priora ita corrigenda, καὶ τέμνειν τῷ παρεκθεῖν τῇ σαρκί. Proxima correximus πῦρ· ὅθεν pro πυραθὲν ex Amiot. T. B. Anon. Nota Xyl. Steph. Mez. Tum ἔξο διὰ τὴν pro ἔξω καὶ τὴν ex Anon, Mez. Denique καὶ quod ante τὴν δύναμιν erat repoſui ante περὶ τήν· cum Mez.

ponentes. Etenim ſpiritus qui a nive defertur, eſt quaſi acies iſtius concretæ ſubſtantiæ et ramentum tenuiſſimarum partium, et vi præditum ſecandi dividendique non carnem modo, ſed argentea etiam atque ærea vaſa: videmus enim hæc nivem non continere: quippe exſpirando ea conſumitur, exterioremque vaſis ſuperficiem humore opplet tenui ac glaciei ſimili, quem ſpiritus relinquit per meatus occulte exiens. Is ergo niveus ſpiritus per nivem ambulantibus acutus et flammæ in morem incidens, extrema urere videtur ſecando, et penetrare carnem ignis inſtar. Inde corpus majorem in modum rareſcit: calorque foras fluens a frigore ſpiritus ſuperficiem ambientis reſtinguitur: itaque roridum ſudorem corpus evaporat ac tenuem, liquaturque, et ſimul vires conſumuntur. Quod ſi quis tum quieſcat, non multum caloris e corpore dilabitur. Cum vero motus cor-

δὲ τὴν μὲν τροφὴν τοῦ σώματος ἡ κίνησις εἰς τὸ θερμὸν ὀξέως μεταβάλλῃ, τὸ δὲ θερμὸν ἔξω φέρηται, διακρινο- D
μένης τῆς σαρκός, ἀθρόαν ἀνάγκη τῆς δυνάμεως ὡς ἐπίλειψιν γενέσθαι. Ὅτι δὲ τὸ ἐκψύχεσθαι οὐ πήγνυσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τήκει τὰ σώματα, δῆλόν ἐστιν· ἐν μὲν γὰρ τοῖς μεγάλοις χειμῶσιν ἀκόναι μολίβδου διατηκόμεναι, τό, τε τῆς ἀφιδρώσεως, καὶ τὸ πολλοῖς μὴ πεινῶσι συμπίπτειν τὴν Βουλιμίασιν, κατηγορεῖ μᾶλλον καὶ ῥύσιν ἢ πύκνωσιν τοῦ σώματος. Ἀραιοῦνται δὲ χειμῶνος μέν, ὥσπερ εἴρηται, τῇ λεπτότητι, ἄλλως δὲ τοῦ κόπου καὶ τῆς κινήσεως ἀποξυνούσης τῆς ἐν τῷ σώματι θερμότητος· λεπτὴ γὰρ γινομένη καὶ κοπιῶσα ῥεῖ πολλὴ καὶ διασπείρεται διὰ τοῦ σώματος. Τὰ δὲ μῆλα καὶ τὰς ἰσχάδας εἰκὸς E
ἀποπνεῖν τι τοιοῦτον, ὥστε τῶν ὑποζυγίων τὸ θερμὸν ἀπολεπτύνειν καὶ κατακερματίζειν· ἄλλα γὰρ ἄλλους ὥσπερ ἀναλαμβάνειν καὶ καταλύεσθαι πέφυκεν.

D. 2. ὡς ἐπίλειψιν] ὡς delendum Mez. Mox καὶ ῥύσιν cum Mez. mutandum in ἀραίωσιν, quod ipſum Reiſk. ante μᾶλλον excidiſſe putabat. Porro Mez. corrigit, ὥσπερ εἴρηται τῇ τοῦ πνεύματος λεπτότητι, ἄλλως &c. Denique in fine θερμότητα.

poris nutrimentum celeriter calefacit, et calor foras ſe proripit, carne laxata: neceſſe eſt magnum virium fieri defectum. Cæterum frigus non denſandi modo, ſed etiam liquandi corpora vim habere, conſtat. Nam quod aeribus hyemibus cotes plumbeæ liquantur, et deſudatio, et quod multis non eſurientibus accidit Bulimia, oſtendit fluxum magis quam denſationem corporis. Rareſcunt autem hyeme, ob quam diximus tenuitatem: alioqui etiam laſſitudine et motu calorem in corpore ſitum acuente: qui attenuatus et fatigatus copioſe fluit et diſſeminatur per corpus. Mala denique et caricas probabile eſt tale aliquid exhalare, quo jumentorum attenuetur calor et in partes minimas diſſipetur. Alia enim aliis ut reficiuntur naturali ratione, ita etiam læduntur.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Θʹ.

Διὰ τί ὁ ποιητὴς ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων ὑγρῶν τοῖς ἰδίοις ἐπιθέτοις χρῆται, μόνον δὲ τὸ ἔλαιον ὑγρὸν καλεῖ.

QUÆSTIO IX.

Cur poëta reliquis liquoribus peculiares adjiciens appellationes, oleum duntaxat humidum dixerit.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ. ΑΛΛΟΙ.

PERSONÆ COLLOQUII.

PLUTARCHUS. ALII.

αʹ. ἨΠΟΡΗΘΗ ποτὲ καὶ διὰ τί πολλῶν ὑγρῶν
F ὄντων, τὰ μὲν ἄλλα τοῖς ἰδίοις ἐπιθέτοις ὁ ποιητὴς εἰωθὼς κοσμεῖν, τὸ γάλα τε λευκὸν, καὶ τὸ μέλι χλωρὸν, καὶ τὸν οἶνον ἐρυθρὸν καλῶν, τὸ δὲ ἔλαιον ὑπὸ κοινοῦ τοῦ πᾶσι συμβεβηκότος μόνον ἐπιεικῶς ὑγρὸν προσαγορεύει. Εἰς τοῦτο ἐλέχθη, Ὅτι καὶ γλυκύτατόν ἐστι τὸ δι᾽ ὅλου γλυκὺ, καὶ λευκότατον τὸ δι᾽ ὅλου λευκόν· δι᾽ ὅλου δὲ τοιοῦτόν ἐστιν ᾧ μηδὲν ἐμμέμικται τῆς ἐναντίας φύσεως· οὕτω δὲ καὶ

I. DISPUTATUM aliquando fuit, cur cum multi ſint liquores, et poëta ſolitus ſit ſingulos ſuis ornare epithetis, lac album, mel flavum, vinum rubrum nominans: oleo tamen ab eo tantum quod ei cum omnibus liquoribus eſt commune, humidi appellationem adjunxerit. Ad hoc dictum fuit, Sicut dulciſſimum eſt quod penitus et omnibus ſuis partibus dulce eſt: albiſſimum, quod penitus album: (penitus ſic intelligo, ut nihil ei contrariæ naturæ

τὸ ὑγρὸν μάλιστα ῥητέον, οὗ μηθὲν μέρος ξηρόν ἐστι· τοῦτο δὲ τῷ ἐλαίῳ συμβέβηκε.

β'. Πρῶτον μὲν ἡ λειότης αὐτοῦ τὴν ὁμαλότητα τῶν μορίων ἐπιδείκνυται· δι' ὅλου γὰρ αὑτῷ συμπαθεῖ πρὸς 696 τὴν ψύξιν. Ἔπειτα τῇ ὄψει παρέχει καθαρώτατον ἐνοπτρίσασθαι· τραχὺ γὰρ οὐδέν ἐστιν ὥστε διασπᾶν τὴν ἀνταύγειαν, ἀλλ' ἀπὸ παντὸς μέρους δι' ὑγρότητα, καὶ σμικρότατον ἀντακλᾷ τὸ φῶς ἐπὶ τὴν ὄψιν· ὥσπερ αὖ τοὐναντίον, τὸ γάλα τῶν ὑγρῶν μόνον οὐκ ἐσοπτρίζει, πολλῆς ἀναμεμιγμένης αὐτῷ γεώδους συστάσεως. Ἔτι δὲ κινούμενον, ἥκιστα ψοφεῖ τῶν ὑγρῶν· ὑγρὸν γάρ ἐστι δι' ὅλου· τῶν δὲ ἄλλων ἐν τῷ ῥεῖν καὶ φέρεσθαι τὰ σκληρὰ καὶ γεώδη

A. 1. αὐτῷ—ἐσοπτρίζει] αὐτῷ pro αὐτοῦ eſt a Mez. ψύξιν mutandum in ψαῦσιν cum Verſ. et Not. Xyl. Mez. Tum ἀνταύγειαν eſt vulgatum a Steph. confirmatum in Palat. Leonic. Schott. Anon. Turneb. Amiot. ceteri per lacunam ἂν * ὑγείαν Ald. Baſ. Xyl. E. H. Venet. Vatic. Mox ἀνακλᾷ legendum ex Mez. Denique ἐσοπτρίζει ex Baſ. et Xyl. pro ἐσοπτρίζειν.

A. 8. τῶν δὲ ἄλλων—ἀκράτητον] δὲ addidimus ex T. μέρη, pro μέτρα, ex Amiot. T. Baſ. Xyl. Mez. τραχύτητα ex T. V. Anon. Mez. proxime accedit ad veterem lectionem Ald. Baſ. Xyl. E. H. βραχύτητα, unde Leonic. Schott. eoſque ſecutus Steph. fecerunt βαρύτητα. Denique ἀκράτητον eſt ex Palat. ἄκρατον in Baſ. Xyl. effictum ex veteri lectione Ald. E. H. Vatic. ἀκρότατον unde Schott. Leonic. fecerunt ἀκρατότατον, vulgatum a Steph.

ſit admixtum) ita id quoque maxime humidum dici debere, cujus nulla pars ſicca ſit. Hoc autem oleo congruit.

II. Primum enim levitas ejus æquabilitatem partium demonſtrat: cum contactu omnes eodem modo affectæ deprehendantur. Deinde, tanquam ſpeculum intuentis faciem optime repræſentat; nihil enim ei aſperum ineſt, quo reſplendeſcentia divelli poſſet: ſed ab omni parte ob humiditatem etiam minimum quodque lumen ad oculos reflectitur: ſicut contra lac ſolum ex omnibus liquoribus ſpeculi munere non fungitur, quod ei multum terrei eſt admixtum. Porro oleum in motu minus quam ullus alius liquor ſtrepitum edit: eſt enim penitus humidum: reliquorum humorum dum fluunt et moventur duræ et terrenæ partes impin-

μέρη προσκρουούσης λαμβάνοντα καὶ πληγὰς ψοφεῖ διὰ
B τραχύτητα. Καὶ μὴν μόνον ἀκέραστον διαμένει καὶ ἄμικτον· ἔστι γὰρ πυκνότατον· οὐ γὰρ ἔχει μεταξὺ τῶν ξηρῶν καὶ γεωδῶν ἐν αὐτοῦ μερῶν κενώματα καὶ πόρους οἷς δέξεται τὸ παρεμπῖπτον· ἅμα δὲ ὁμοιότητα τῶν μερῶν ἀνάρμοστόν ἐστι καὶ συνεχές· ὅταν δὲ ἀφρίζῃ τὸ ἔλαιον, οὐ δέχεται τὸ πνεῦμα διὰ λεπτότητα καὶ συνέχειαν. Τοῦτο δὲ αἴτιον καὶ τοῦ τρέφεσθαι τὸ πῦρ ὑπὸ αὐτοῦ· τρέφεται μὲν γὰρ οὐδενὶ πλὴν ὑγρῷ, καὶ τοῦτο μόνον καυστόν ἐστιν· ἐκ γοῦν τῶν ξύλων, ὁ μὲν ἀὴρ ἄπεισι καπνὸς γενόμενος, τὸ δὲ γεῶδες ἐκτεφρωθὲν ὑπολείπεται· μόνον δὲ ὑπὸ τοῦ πυρὸς τὸ νοτερὸν ἀναλοῦται, τούτῳ γὰρ τρέφεσθαι πέ-
C φυκεν. Ὕδωρ μὲν οὖν καὶ οἶνος καὶ τὰ λοιπά, πολλοῦ μετέχοντα τοῦ θολεροῦ καὶ γεώδους, ἐμπίπτοντα τὴν φλόγα διασπᾷ, καὶ τῇ τραχύτητι καὶ τῷ βάρει θλίβει καὶ κατασβέννυσι·

B. 4. *ἅμα—ἀνάρμοστόν ἐστι*] Forte *ἅμα δὲ δι' ὁμαλότητα μερῶν ἀμέριστόν ἐστι.* Reiſkius *ἅμα* mutat in *ἀλλὰ*, atque ita jam fecerant Anon. T. V. B.

C. 3. *τραχύτητι*] Sic E. H. Palat. Vatic. Vulgo, *βραχύτητι.* Mox *ἢ ἐπὶ πλεῖστον* ex Mez. *ἢ* aſſumtum. Tum *ἰπὸς* forte mutandum in *ὄγκος*.

gunt atque reliduntur, eoque ſtrepitum edunt ob aſperitatem. Quinetiam ſolum oleum non permiſcetur aliis. Eſt enim denſiſſimum, neque habet inter ſiccas et terreſtres in ſeipſo partes ſpatia aut meatus quibus recipiat id quod incidat, ſimul etiam ob partium ſimilitudinem inconcinnum aliis, et continuum ipſum eſt. Et cum ſpumat oleum, ſpiritum non admittit ob continuitatem et tenuitatem. Hæc etiam cauſſa eſt cur ignis oleo alatur. Nulla enim quam humida re ignis nutritur, idque ſolum ardet quod humidum eſt. Nam ligno incenſo aër in fumum abit, terrena in cinerem verſa relinquuntur: ſolum humorem ignis depaſcitur, eoque ſecundum ſui naturam alitur. Aqua ſane, vinum, aliique liquores multum turbidi admixtum, multum terrei habentes, flammam illapſu ſuo divellunt, aſperitateque ſua et pondere opprimunt atque reſtinguunt: oleum,

τὸ δὲ ἔλαιον, ὅτι μάλιστα εἰλικρινῶς ὑγρόν ἐστι, διὰ λεπτότητα μεταβάλλει, καὶ κρατούμενον ἐκπυροῦται.

γ'. Μέγιστον δὲ αὐτοῦ τῆς ὑγρότητος τεκμήριον ἡ ἐπὶ πλεῖστον ἐξ ὀλιγίστου διανομὴ καὶ χύσις· οὔτε γὰρ μέλιτος, οὔτε ὕδατος, οὔτε ἄλλου τινὸς ὑγροῦ βραχὺς οὕτως ὄγκος ἐπίδοσιν λαμβάνει τοιαύτην, ἀλλ' εὐθὺς ἐπιλείπει, καὶ ἀναλίσκεται διὰ ξηρότητα· τὸ δὲ ἔλαιον ὅλκιμον πανταχῆ καὶ μαλακὸν, ἄγεται περὶ τὸ σῶμα χριομένοις, D
καὶ συνεπιρρεῖ πορρωτάτω δι' ὑγρότητα τῶν μερῶν κινουμένων, ὥστε καὶ παραμένειν δυσεξίτηλον. Ὕδατι μὲν βρεχθὲν ἱμάτιον ἀποξηραίνεται ῥᾳδίως, ἐλαίου δὲ κηλῖδας οὐ τῆς τυχούσης ἐστὶ πραγματείας ἐκκαθᾶραι· μάλιστα γὰρ ἐνδύεται, ὅτι μάλιστα λεπτὸν καὶ ὑγρὸν ἐστί. Καὶ γὰρ οἶνον κεκραμένον, δυσχερέστερον ἐξαίρουσι τῶν ἱματίων, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν, ὅτι λεπτότερόν ἐστι, καὶ μᾶλλον ἐνδύεται τοῖς πόροις.

D. *κινουμένων*] Forte *ἐκτεινομένων*. Variant libri Ald. Baſ. Xyl. *μιμουμένων*. T. V. Anon. *χεομένων* et *νεμομένων*. E. H. Vat. *μηκυνομένων*. Vulgatum Steph. habuit ex Leonic. et Schott. adſentiuntur Palat. et Anon. Mox legendum, *Ὕδατι μὲν γὰρ βρ.* Tum *πραγματείας* pro *γραμματείας* ex Baſ. Xyl. Leonic. Schott. T. Denique *λεπτότερος* Mez. et Reiſk.

quia ſincere humidum eſt, ob tenuitatem mutatur, et ab igni ſuperatum ardet.

III. Maximum humiditatis argumentum eſt, quod minima quantitate latiſſime diffunditur. Non enim mellis, non aquæ, non alius ullius liquoris tam exigua gutta tam late ſe profert: ſed plerumque ob ſiccitatem mature abſumitur. Oleum, quia uſquequaque duci poteſt, ac molle eſt, corpori ungendo obducitur, et quam longiſſime defluit, et partium humiditate dilatatum ita adhæreſcit ut non facile evaneſcat. Veſtem aqua madefactam videmus mox reſiccari: olei autem maculas eluere non eſt vulgaris laboris: maxime enim penetrat, quia tenuiſſimum eſt et humidiſſimum. Nam vinum quoque dilutum Ariſtoteles ait difficilius elui e veſtibus: quod magis tenue factum, facilius in meatus ſubeat.

E

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Ι'.

Τίς αἰτία δι' ἣν ψαθυρὰ γίνεται ταχὺ τὰ ἐκ συκῆς κρεμαννύμενα τῶν ἱερείων.

QUÆSTIO X.

Quæ cauſſa ſit, quod mactatæ carnes ſi de ficu ſuſpendantur, mox tenereſcunt.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ἈΡΙΣΤΙΩΝ. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ. ΑΛΛΟΙ.

PERSONÆ COLLOQUII.

ARISTION. PLUTARCHUS. ALII.

ἈΡΙΣΤΙΩΝΟΣ εὐημέρει παρὰ τοῖς δειπνοῦσι μάγειρος, ὡς τά τε ἄλλα χαριέντως ὀψοποιήσας, καὶ ὅτι τὸν τῷ Ἡρακλεῖ τεθυμένον ἀλεκτρυόνα παραθεὶς ἁπαλόν, ὥσπερ χθιζόν, νεαρὸν ὄντα καὶ πρόσφατον. Εἰπόντος οὖν τοῦ Ἀριστίωνος, Ὅτι τοῦτο γίνεται ταχέως, εἰ σφαγεὶς εὐθὺς ἀπὸ συκῆς κρεμασθείη, τὴν αἰτίαν ἐζητοῦμεν. Ὅτι

E. 11 Ἀριστίων—ὅτι τὸν] Palat. Ὁ Ἀριστίωνος. Tum legam τὸν τότε, pro ὅτι τὸν, quod Steph. dedit ex Jannot. qui ita mutaſſe videtur lectionem Ald. E. H. Palat. Vat. τὸν ὅτι: converſam quoque a Baſ. et Xyl. in τὸν νεωστί. Mox ὄψις haud ſcio an converſum ſit ex vera lectione eaque perdita ὄσφρησις.

INTER cœnandum laudabatur Ariſtionis coquus, quod cum alia obſonia eleganter paraviſſet, tum recens jugulatum Herculi gallum appoſuiſſet ita tenerum ut heſternum cum tamen recens adhuc eſſet et hodiernus. Hic cum Ariſtion dixiſſet, celeriter hoc effici, ſi mactatum animal illico de ficu ſuſpendatur; cauſſam hujus rei quæreba-

μὲν δὴ πνεῦμα τῆς συκῆς ἄπεισιν ἰσχυρὸν καὶ σφοδρόν, ἥτε F
ὄψις ἐκμαρτυρεῖ, καὶ τὸ περὶ τῶν ταύρων λεγόμενον, ὡς
ἄρα συκῇ προσδεθεὶς ὁ χαλεπώτατος, ἡσυχίαν ἄγει καὶ
ψαύσεως ἀνέχεται, καὶ ὅλως ἀφίησι τὸν θυμόν, ὥσπερ ἀπομαραινόμενον. Τὴν δὲ πλείστην αἰτίαν καὶ δύναμιν ἡ
δριμύτης εἶχε· τὸ γὰρ φυτὸν ἁπάντων ὀπωδέστατον, ὥστε καὶ
τὰ σῦκον αὐτὸ καὶ τὸ ξύλον καὶ τὸ ἔργον ἀναπεπλῆσθαι·
διὸ καιόμενόν τε τῷ καπνῷ δάκνει μάλιστα, καὶ κατα- 697
καυθέντος ἡ τέφρα ῥυπτικωτάτην παρέχει κόνιν· ταῦτα δὲ
πάντα θερμότητος. Καὶ τὴν πῆξιν ἐμποιεῖν τῷ γάλακτι τὸν
ὀπὸν οἴονταί τινες, οὐ σκαληνίᾳ σχημάτων περιπλέκοντα
καὶ κολλῶντα τὰ μέρη τοῦ γάλακτος, ἐκθλιβομένων ἐπιπολῆς τῶν λείων καὶ περιφερῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ θερμότητος ἐκτήκοντα τοῦ ὑγροῦ τὸ ἀσύστατον καὶ ὑδατῶδες.
Τεκμήριον δὲ καὶ τὸ ἄχρηστον γλυκὺ εἶναι τὸν ὀπόν, ἀλλὰ

F. 7. τὸ ἔργον] Legendum ἔρνος, ut et Junius vidit.
A. 6. ἀλλὰ καὶ ὑπὸ — φαυλότατον] Forte, ἀλλὰ ὑπὸ — ἄχρηστον γλυκὺν εἶναι τὸν ὀπὸν καὶ τὸ γάλα ποιεῖν πόμα φαυλότατον. Ita quidem verti: et partim jam Xyl.

mus. Atqui ſpiritum validum et vehementem a ficu exhalari, cum Viſus plane teſtatur, tum id quod de tauris fertur: ſcilicet ficui alligatum taurum etiam ferociſſimum, quieſcere, tactumque admittere, et omnino ferociam quaſi elangueſcentem deponere. In acrimoniam tamen arboris major pars cauſſæ collata eſt. Eſt enim arbor hæc omnium plantarum ſucci pleniſſima, quo et ficus ipſa, et lignum, et cortex plenus eſt. Itaque ficulneum lignum crematum fumo maxime mordet: et combuſti cinis lixivium præbet ſumma tergendi vi præditum. Hæc vero omnia ſunt caloris. Jam quod ſuccus ejus lac coagulat injectus, ſunt qui dicant non fieri inæqualitate figurarum lactis quæ ab eo apprehendantur et conglutinentur eliſis in ſuperficiem lævibus ac rotundis: ſed quod ob calorem eliquet humoris inſtabiles et aquoſas partes. Argumento etiam eſt id, quod inutilis ſucci dulcedo ſit, quia ex lacte potum facit peſſimum. Non

πομάτων φαυλότατον· οὐ γὰρ τὸ λεῖον ὑπὸ τῶν σκαληνῶν, ἀλλὰ τὸ ψυχρὸν ἐστι, καὶ ἄπεπτον ὑπὸ τῆς θερμότητος· καὶ πρὸς τοῦτο συνεργοῦσιν οἱ ἅλες· θερμοὶ γάρ
B εἰσι· πρὸς δὲ τὴν λεγομένην περιπλοκὴν καὶ σύνδεσιν ἀντιπαράττουσι· διαλύειν γὰρ μάλιστα πεφύκασι. Θερμὸν οὖν πνεῦμα καὶ δριμὺ καὶ τμητικὸν ἀφίησιν ἡ συκῆ· καὶ τοῦτο θρύπτει καὶ πεπαίνει τὴν σάρκα τοῦ ὄρνιθος. Τὸ αὐτὸ δὲ πάσχει καὶ πυρῶν ἐντεθεὶς σωρῷ, καὶ νίτρῳ συνημμένος, ὑπὸ θερμότητος. Ὅτι δὲ ὁ πυρὸς ἔχει θερμότητα, τεκμαίρονται τοῖς ἀμφορεῦσιν, ὧν ἐντιθεμένων ἐς σῖτον ἐξαναλίσκεται ταχέως ὁ οἶνος.

B. 5. συνημμένος] Acquieſco in hac a Steph. conſtituta lectione, firmata a Palat. συνειμένος Ald. Baſ. Xyl. Venet. Vat. συνειμένον E. H. σμηχόμενος Reiſk.

B. 7. ἐς σῖτον] Poteſt ferri: nec repudiem ἐς αὐτὸν, ſi quidem in libris exſtaret.

